UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Sermones magistri Nicolai deniise sacre pagine professoris

Sermones Estiuales De Tempore

**Denisse, Nicolas**

**[Augsburg], 1510**

**VD16 N 1513**

Dominica quinta post Pascha

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30616**

Visual Library

ad deum increpantē. De pmo j. Coꝝ. iiij Tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo. De ſcđo Pſ. Tunc loq̄tur ad eos in ira ſua. Item boni vadūt ad deū inuitantē, mali ṽo ad deū repulſantē. De pmo Mat. xxv. Ve-nite bn̄dicti pr̄is mei ꝛc̄. De ſcđo ibidem. Ite maledicti in ignem eternū ꝛc̄. Atten dite. Multū diligēter p̄cogitare debem⁹ hunc terminū vie ꝛ multū ſollicite videre quā viam tenem⁹. ¶ Exēplū narrat Pe-tr⁹ alphunſus de quodaz heremita. Vide in ſcđo aduentuali ſabbato poſt p̄mā do-minicam aduentus.

¶ Terti⁹ ar. Auđ. ꝛc̄. Cauete ḡ ne po-tius cū malis q̄ꝫ cū bonis ambuletis: ne magis inferni q̄ꝫ padiſi viam eligatis. Nam vt dicit lex. Imputandū eſt ei q̄ ta lem elegit. ff. de minoribꝫ. l. cū in cōmoda-to. Nec ſatis eſt partim tenere viam dei et ptim remanere in via diaboli: ſicut ml̄ꝉ fa ciūt. Sed neceſſariū eſt ad deū totalit̄ cō-uerti: al's nō eſt vera ꝯuerſio. Vn̄ de pen̄. di. j. §. hoc idem. Cōuerſio đr cordis vn-diqꝫ ṽſio. Nā q̄d valet ꝙ miles regi aliq̄n obſequiū facit: ſed aliq̄n regis aduerſario ſeruit. Expone ꝛc̄. notādo illđ. ij. Coꝝ. vj Que conuentio chr̄i ad belial:

¶ Dn̄ica quinta poſt Paſcha

¶ Sermo primus.

**Petite et acci**pietis. Ioā. xvj. Eſtote facto-res ṽbi ꝛ nō auditores tm̄ fal. vos, qm̄ ſiq̄s au. eſt ver. ꝛ nō fac. hic cōpa-bit viro ꝯſide. vul. na. ſ. in ſpe. cōſi. em̄ ſe et a. ꝛ ſtatim oblit⁹ eſt q̄lis fuerit. Iac. j. Ta les eſſe debem⁹ vt ſim⁹ digni accipe q̄đ in orōne petim⁹ In illis aūt ṽbis p̄mo poni tur ſalutaris exhortatio: cum đr. Eſtote fa-ctores ꝛc̄. ¶ Scđo exhortatiōis rō. cū dicit Fallētes vos. q. d. ſic em̄ falleretis voſmet ipſos ¶ Tertio rōnis cōfirmatio: cum đr. Qm̄ ſiq̄s ꝛc̄. ¶ De p̄mo Ro. ij. Nō audi-tores legis iuſti ſūt: ſed factores iuſtifica bunt ¶ De ſecundo Gal. vj. Nolite errare deus non irridet. ¶ De tertio Matt. xiij. Videte voſmetipſos. Vbi nota ꝙ ſpecu-lū aiaꝝ eſt ṽbū dei: vbi q̄libet debet ſe vi dere: nō alios. ¶ Petite ꝛc̄.

Prim⁹ articulus. An oratio ſit actus latrie: Qꝫ nō. q: eſt act⁹ pnīe. ¶ Con tra. Orō ſpectat ad di reuerētiā. ¶ Rn̄det Rich. in. iiij. di. xv. ar. iiij. ꝙ orō eſt act⁹ la trie inq̄ntū q̄s orat deum vt ſibi exhibeat honorē in recognitionē ſūmi dn̄ij: cum la tria nō ſit aliđ niſi exhibitio honoris teſti-ficantis in eo cui exhibet̄ ſūmū dn̄iū. Inq̄n tū ṽo q̄s orat deū vt p h̄ ſatiſfaciat đ pec-catis ſuis vl̄ alioꝝ: ſic eſt actus pnīe. Hec Rich. ¶ Pro fund. Nō dubiū q̄n orō p-tineat ad reuerentiā dei. Vn̄ Galt̄. i alex. Oia natura. ſ. naturantē q̄ de⁹ ē venerant̄ digne ꝛ orāt vt ſata multiplicet: fet⁹ ꝛ ſe-mina reaugeat. Notanduz tn̄ ꝙ in genere actuū moraliū idē act⁹ ex fine ſortit̄ diuer ſas ſpēs: vt đr phs. v. Eth. vbi đr ꝙ me-chans ꝓpt̄ lucꝝ eſt auar⁹: ꝛ ꝓpt̄ ꝯcupiam ē luxurioſus. Qū ḡ querit̄ An orō ꝛc̄. Dic rn̄. vt s̄. Poſt miſionē dicas. Cuiuſcunqꝫ aūt ṽtutis act⁹ ſit orō: certū eſt ꝙ multū eſt nob neceſſaria ꝛ pficua. Magnū em̄ nego ciū hꝫ hō tractare in curia ſūmi reḡ. Aia ṽo in carcere corpis clauſa nō poteſt illuc aſcendere: ideo op⁹ hꝫ nūciū mittere. Nū-cius iſte ē hūilis oratio. Eccl. xxxv. Orō hūiliantis ſe nubes penetrabit. Et ſup il-lud pſ. Intret orō mea in cōſpectu tuo. di-cit Aug. Magna virtus pure orōnis q̄ q̄ ſi q̄dam nunci⁹ intrat: et ibi negocia pagit quo caro puenire nequit. O igitur miſeri qui orare negligūt ꝛc̄. Cauēdū eſt aūt ne nūcius iſte ſit carne grauat⁹. i. ne ſit đ his que ad carnem ptinent ꝛ nō poſſit ad alta volare ſicut ſtrutio, nec etiam ſit retrogra dus: vt cum debet tēdere ſurſū, tēdat de-orſum. ſ. petens terram: ne etiā in via deti neatur a phantaſmatibꝫ et cogitatōnibus prauis. De quo Thren̄. iij. Oppoſuiſti ti bi nubem: ne ſcꝫ tranſeat oratio: ne p̄terea ſit mutus per indeuotionē. Cōtra qđ dic̄ Pſ. Verba mea auribꝫ pcipe dn̄e. Ne p̄-terea ſit inflatus per ſupbiam ꝛ nō poſſit intrare p anguſtam portam. Iudith. viij. Humilium ꝛ manſuetoꝝ ſemp tibi pla-cuit depcatio. Debet itaqꝫ hō ſacrificium orōnis offerre purū, ſine macula et dimi-nutione. ¶ Figura. Leuit̄. xiiij. precipie-batur offerri agnus anniculus ſine macu-la et ſine membroꝝ diminutōne. Expone ſpiritualiter. Si autē ſic offeratur oratio

erit grata dn̄o Mat.xxj. Oia q̄cūq̄ʒ petie
ritis in orone credētes accipietis.

Secundꝰ ar. Triplex eſt facienda ꝯſi//
deratio de orone.

Pria ē ꝯſideratio ꝑſuaſiue inductiōis.
Scda eſt diſpoſitiue ꝓparatiōis.
Tertia eſt ꝑfectiue ꝯditiōis.

Circa p̄mū: notādū ꝙ ſcptura nos hortat̄
multiplr̄ ad orādū Lu.xviij. Oportet ora
re ⁊ nō deficere. Col.iiij. Oroni inſtate vi
gilantes in ea. et.j. Theſ.vl. Sine inter//
miſſiōe orate. et Lu.xxj. Vigilate ⁊ ora//
te. Et pl̄ib' alijs locis. Ad h̄ etiā nos idu
cere debēt maxie tria ad p̄ns ꝯſiderāda.
Primū ē oronis q̄litas mltū dlectabil̄.
Scdm diua liberalitas ꝓfus iextriabil̄.
Tertiū nr̄a neceſſitas valde miſerabil̄.

Circa p̄mū duplex ē ꝯſiderāda oronis q̄//
litas. ſ. honorabilitas: ⁊ vtilitas. In h̄ ſer
mone dicēdū de p̄ma Q, aūt orare ſit opꝰ
multū honorabile pōt declarari ex ꝯſide//
ratione triplici.
Pria ex p̄te dei recipientis.
Scda ex p̄te ſpūſſcti mouentis
Tertia ex p̄te celeſtis curie intercedentis.

Prima ſumit̄ ex p̄te dei q̄ oronē nr̄am rec//
pit: ⁊ cui orando loq̄mur Iſid. d ſūmo bo.
Cum legimꝰ deꝰ loquit̄ nobiſcū: ⁊ cū ora//
mus cū deo loq̄mur. Chryſ. Cōſidera q̄n
ta eſt tibi ꝯceſſa felicitas q̄nta glīa attri//
buta oronib' fabulari cū deo: cū chr̄o mi
ſcere colloq̄a: optare qd̄ vel̄: qd̄ deſideras
poſtulare. Iō dicebat abraā cū timore Ge
neſ.xviij. Loq̄r ad dn̄m meū cum ſim pul
uis ⁊ cinis. Scda conſideratio ſumit̄ ex
p̄te ſpūſſcti mouentis Nā ipe ſpūſſctūs mo
uet nos ad orandū Ro.viij. Ipe ſpūſſctūs
poſtulat ꝓ nob gemitib' inenarrabilib'. i.
nos poſtulātes ⁊ gementes fac̄. Tertia
ſumit̄ ex p̄te celeſtis curie intercedentis: q̄
turba eſt tā honorabil̄ ⁊ tn̄ eiꝰ officiū ē ora
re deū intercedēdo ꝓ nob. Hoc fecerūt ſā
cti dū viuerent ⁊ hoc etiā faciūt in celis.
Vn̄ Apoc.v. Vigintiquattuor ſeniores
habebāt phialas plenas odoramentoꝝ q̄
ſunt orones ſctoꝝ. Hoc ē etiā officiū ange
loꝝ q̄ nō ceſſant ꝯtinue ad deū clamare. ſi
cut dr̄ Eſa.vj. ⁊ Apoc.iiij. et.vij. Hic aūt
notande ſunt tres angelice ꝯditiones orā
ti neceſſarie.
Prima eſt puritas.
Scda eſt hūilitas.
Tertia eſt benignitas.

De p̄ma pſ. Prope eſt dn̄s oib' inuocāti
bus eū o. iuo. eū in ꝟitate. i. in puritate cō//
ſciētie. Cōtra Idem. Iniq̄tatē ſi aſpexi in
corde meo nō exaudiet dn̄s. De ſcda Pſ.
Reſpexit dn̄s in oronē humiliū ⁊c. Con
tra Ia.iiij. Supbis deꝰ reſiſtit. De tTia.
Mat.xviij. Si duo ex vob ꝯſenſerint ſup
ter. de oi re quācūq̄ʒ petierit fiet illis a pa
tre meo. Contra puer.xx. Qui obturat au
rē ſuā ad clamorē paupis: ipe q̄ʒ clamabit
⁊ nō exaudiet̄. Sūt q̄ppe angeli puriſſimi:
hūiles: ⁊ benigni. Simꝰ ⁊ nos tales. Eſt
inſup orare officium ipiꝰ chr̄i q̄ in mundo
exiſtēs sepiꝰ orabat ⁊ plerunq̄ʒ i orone ꝑ//
noctabat. vt dr̄ Lu.vj. Mar.vj. ⁊ Matt.
xiiij. Eſt ſic dt paulꝰ Ro.viij. Ipe eſt ad
dexterā p̄ris ⁊ iterpellat ꝓ nobis. Multū
g̊ libent̄ ⁊ nos orare debemꝰ: nec p̄t aliq̄s
excuſari ex difficultate orandi. Multū ei
facilis res eſt orō. Pſ. Apud me orō deo
vite mee Glo. Apud iuſtum ſemꝑ ē qd̄ da
re p̄t ſcʒ orō quāſi nō p̄t dare voce: tn̄ pōt
dare mēte ⁊ deſiderio. Ipm em̄ bonuʒ de//
ſiderium orō eſt. De h̄ theſauro boni deſi
derij. q̄ plus dat plꝰ habet. Vn̄ miſer eſt
q̄ de hoc dando parcus eſt. Pōt em̄ quis
excuſare ſe de ieiunio ⁊ elemoſyna: ſed de
oratione nulla eſt excuſatio. Sed heu q̄dā
pigri vellent q̄dem alienis oronib' ſalua//
ri: ſʒ nolunt ſeipos iuuare orando. Exē
pluʒ cuiuſdā quadrigarij. Quadriga i via
ceciderat ⁊ ipe ſedens in luto a trāſeuntib'
auxiliū petebat. Venit q̄dam nobilis ma
num extendens vt iuuaret eum. Sʒ cū mi
ſer ille nec vellet ſurgere nec manū mittere
ſeu apponere ad quadrigam ſʒ differebat:
receſſit nobilis indignatus dicēs. Ex quo
miſer non ſuuas te: nec ego curam de te ha
beo. Sic facit chriſtus. Augꝰ. Qui crea//
uit te ſine te non iuſtificabit te ſine te.

Tertius articulus. Audiſtis ⁊c. Et
notate quoniam oportet nos habere
ſanctoꝝ ⁊ angeloꝝ conditiones cum orare
volumus. Vn̄ etiā vt dicit Bernardus.
Ipſi angeli aſſiſtunt debite orantibus. Io
et angelici in orando eē debemus al's in//
digni eſſemus cum deo loqui. Quere pa//
rabolā fer.viij. de epiph.

Sermo ſecundus

# Petite et acci.

pe rē. Qui āt pmāſerit i lege p.li.
ꝛ pmā.i ea:nō au.ob.fa.ſed fa.
ō.hic be.i facto ſuo erit. Jac.j. Qui talˀē
petit ꝛ accipit. Ibi āt notaƭ pmo legꝫ euā
gelice nobilˀ ꝯditio: cū ōt Qui p.i le.p.li.
Scdō eiˀ vtilˀ executio:cū di.nō au.oblˀ.fa
cṫˀ rē. Tertio deſiderabilˀ retributio:cū ōt
Hic btūs i facto ſ. erit De prio.ij.Coz.iij
Ubi ſpūs dn̄i:ibi libtas. De ſcdō ꝛ ter//
tio Jo.viij. Si māſeritꝫ i ſmone meo: ꝟe
diſcipli meritis.et co.ꝟi.ꝛ ꝟi.li.vos.

Petite ꝛ acci.rē.

Primˀ ar. An ſit aliqd deťmiate pe//
tēdū a deo in ozōne: Q, nō.qz igno//
ramˀ qd nob ſit expediēs. Cōtra Mat.
vj.docuit nos chꝛs deťmiatas petitōnes
facere in ozōne dn̄ica. Rn̄det Rich. in
iiij.di.xv. Quedā ſūt qb ñ poſſumˀ male
vti:ſic ꝟtute:grā:ꝛ glīa.et talia ſūt deťmi
nate petēda in ozōne. Quedā ſūt qb bn̄ ꝛ
male poſſumˀ vti:ſic hr̄e diuitias:vxoꝛē:ꝛ
filios ꝛ hmōi. Et talia nō ſūt determiate
petēda:ſed ſub ꝯditiōe.ſ.ſi deˀ ꝓuidet illa
ad ſalutē nr̄am vtilia. Quedaꝫ aūt ſūt qb
bn̄ vti nō poſſumˀ:ſicut ſūt pctā. Et talia
nullo mō ſunt petēda. Hec Rich. Pro
fund. Nihil eſt deſiderandū aut petēdū ꝯ
honeſtatē.vn̄ ōt Tullˀ.li.de amicicia. Ab
amicꝫ honeſta petamˀ. Un̄ nec bona coꝛ//
poꝛis:puta ſanitatē debemˀ petere:niſi ꝓ
q̄nto ſubſeruire pōt anie nr̄e ſanitati. Jdō
couenientiſſime ōt Juuenalˀ. Orandū ē vt
ſit mens ſana in coꝛpe ſano. Cū itaqꝫ q̄riƭ
An ſit aliqd rē. Dic rn̄.vt ſ̄. De hmōi tn̄
iteꝝ ſumˀ infra dicturi.vicꝫ ſer.vij. Ex re//
ſpōſione itaqꝫ patet ꝙ nō ō t̄renis aut coꝛ
poꝛalib ꝑncipalˀr ozare debemˀ:ſed ꝓ ce//
leſtib ꝛ ſpūalib. Audite q̄ nec ozare nec
vouere ſcitꝫ niſi ꝓ coꝛpe:ꝓ terrenis. et pro
aīa nihil.imo qō peius ē mlˀti aliq̄n a deo
petūt cōplemētū maloꝝ deſideriōꝝ ꝛ no//
cumētū prioꝝ. Talˀē ozō deo execrabilis
Jlle aūt bn̄ ozat q̄ vt ōt Aug.ozādo deuꝫ
q̄rit. Jn ozōne itaqꝫ coꝛ ſurſū hr̄e demˀ:vt
ſit ozō oīno igne charitatꝫ ſuccēſa. Redo//
let q̄ppe thus igne ſuccēſū:repoſitū ꝟo nul
lū dat odoꝛē. Sic ozō igne charitatꝫ ſuccē
ſa apud deū redolet. Figura Nūeri.xvj
preceptū fuit tollere thuribuluꝫ:ꝛ hauſto
igne de altari:mitti incenſum deſuꝑ. Spi
ritualˀr ꝑ thuribulū ſubaudi coꝛ nr̄m. Per
ignē de altari ſubaudi charitateꝫ de altari
crucꝫ acceptā.ꝑ incenſum ꝟo ozōnem. Pſ.
Dirigaƭ ozō mea ſicut incēſum rē.

Secūdus ar. Jn ꝑceō. rē. Hic ō vti//
litate ozōis q̄ mlˀta ꝛ magꝫ ē. Jac.vl.
Mlˀtū valet deꝑ. iuſti aſſidua. Et addu//
cit exēplū de Helia. Uide ibi. Jō Ber.
Nemo ꝗuipēdat ozōnem ſuaꝫ:qm̄ ipſe ad
quē ozamˀ nō paruipēdit eā. ſed aut da//
bit qō petimˀ:aut qō nouit vtilius. Sūt
aūt ad pn̄s ꝯſiderande tres ozōnis vtili//
tates. Eſt em̄ ozatio

Placatiua
Lucratiua
Defenſiua

Primo eſt placatiua.ſ.ire dei. Un̄ Exoō.
xxxij. Moyſes ꝑ ozōnem placauit irā dei
ꝓ ꝑplˀo q̄ vitulū adozauerat. Et Nūe.xvj.
Aarō ꝓ ꝑplˀo depcatus ē et plaga ceſſauit.
Et Jone.iij. Niniuite clamātes ad dn̄m:
iram dei placauerūt. Sic ꝛ vos nūc ad de
um clametꝫ ozātes:vt placetꝫ irā dei que
poſtmodū.ſ.pˀ moꝛtē iplacabilˀ erit. Eze.
vij. Nō parcet oculˀ meˀ neqꝫ miſerebor.

Scdō eſt lucratiua.ſ.venie: grē:ꝛ glīe.
Un̄ ozāti b aplˀis datˀ ē ſpūſſctūs.et Lu.
xj. Pr̄ vr̄ celeſtꝫ dabit ſpm̄ bonuꝫ petētib
ſe. Tertio eſt defenſiua.ſ.ꝯ hoſtiles ne//
q̄tias.qō figuratū eſt Exo.xvij.in pugna
iſrlˀ ꝯ amalech quē moyſes ozōne deuicit.
Chryſ. Stabat moyſes in mōte ñ armis
ſed ꝑcib pugnaturus:fit moyſe ozante vi
ctoꝛia:ceſſante meſticia:ꝑſeuerāte ꝑce/ꝑſe
uerās victoꝛia roboraƭ. Quis em̄ iuſtoꝛū
nō ozādo pugnauit:qs non hoſtē ozando
deuicit. Propterea etiā ōr Tob.iij. Hoc
aūt ꝓ certo hꝫ oīs q̄ colit te ꝛ ozat te quia
vita eiˀ ſi fuerit in tribulatrione liberabiƭ.
Un̄ pſ. Ad dn̄m cū tribularer clamaui:ꝛ
exaudiuit me. Exemplum aūt notabile
quō ozō defēdit ꝯ ſpūales inimicos. Nar
rat Gre.in.iiij.dialˀ. Theodozˀ valde inq̄t
etˀ fuit:q̄ in meo monaſterio frēm ſuū ne//
ceſſitate magꝫ q̄ȝ volūtate ſecutˀ ē. Cui ni
miū ꝗue erat ſiq̄s ei ō ſalute ſua loq̄reƭ.
Cū aūt ꝑductˀ fuiſſet ad moꝛtē in peſtilē
tia q̄dā q̄ magnā ꝑtē vrbis rome ꝯſūpſit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et extremũ ſpm̃ ageret/cõuenerũt frẽs vt
ei⁹ exitũ orãdo ꝓtegerẽt. Jãqꝫ corp⁹ eius
ab extrema pte fuerat pmortuum. in ſolo
tm̃ pectore vital' calor adhuc palpitabat.
fratres aũt tãto ceperũt obnixi⁹ orare q̃nꝫ
to videbant eum ſub celeritate diſcedere.
Tũc repẽte cepit clamare/magniſqꝫ voci
bus orõnes eoꝝ interrũpere di. Recedite
recedite: Ecce draconi ad deuorandũ me
dat⁹ ſum q̄ ꝓpter vr̃az pn̄tiã deuorare me
nõ põt. Caput meũ iã in ore ſuo abſorbu/
it: date locũ vt faciat qḋ eſt factur⁹. Tũc
frẽs ceperũt dicere. Quid eſt qḋ lo̧q̄rꝫ fra
ter: Signũ crucꝫ tibi imp̄me. Rñdebat cũ
magnis clamoribꝫ: di. Volo me ſignare:
ſed nõ poſſum: q̃ hui⁹ draconis ſquamis
p̄mor. Tunc frẽs in terrã ꝓſtrati ceperunt
vehemẽti⁹ pro ei⁹ ereptiõe orare. Et ecce
ſubito eger cũ magnis vocibꝫ cepit clama
re: di. Gr̃as ago. Ecce draco q̄ ad me de/
uorãdũ venerat fugit/vr̃is orõnibꝫ expul
ſus ſtare nõ potuit: p pctis meis interce/
dite q̃ ↄuerti par⁹ ſum et fũdit⁹ habitum
relinq̄re ſecularẽ. Poſtq̃ꝫ p̄o ad deuꝫ toto
corde ↄuerſus eſt/deniqꝫ flagellis attrit⁹:
tunc ei⁹ aĩa carne ſoluta eſt. Vñ patet ꝙ
oratio eſt ↄ̃ ſpũales neq̄tias defenſiua. ꝓ/
pterea etiã dicebat ſaluator Matt. xxvj.
Vigilate ꝛ orate ne intretꝫ in tẽtatõeꝫ. i.
ne ſuperemini.

**T**Erti⁹ ar. Auḋ. ꝛc. Cauete g̃ ne tot et
tãtꝫ bonis ꝓpter orãdi negligentiam
p̄uemi. Dicit em̃ regula iurꝫ. Dãnũ quod
q̄s ſua culpa ſentit/ſibi nõ alteri dꝫ ĩputa/
re. ff. de re. iu. l. Qḋ q̄s. Priuatiõẽ itaqꝫ
gr̃e ꝛ alioꝝ ſpũaliũ nõ dꝫ q̄s ĩputare diui
ne ſeueritati: ſed ſue ſeueritati. Et. xj. q. iij.
Audi. Pone caſum de eo q̄ negligit pete/
re a rege miſcõiam ꝛ gr̃am/cũ tñ cert⁹ ſit
regẽ eſſe benignũ. q̄ idcirco merito p̄uatur
regꝫ gr̃a ꝛc. Expone notãdo ꝙ de⁹ eſt be/
nigniſſim⁹ oĩbꝫ ad ſe redeũtibus. Ezech.
xviij. Nolo mortẽ pctõris: ſed vt magis
ↄuertat̃ ꝛ viuat.

¶ Dñica.v.poſt paſca Sermo tertius

## Petite et acci.

ꝛc. Siq̄s putat ſe religioſuꝫ ẽe
nõ refre. linguã ſuã: ſꝫ ſe. cor ſuũ
hui⁹ vana eſt religio. Religio mũ. ꝛ ima.
apḋ de. ꝛ pa. hec ẽ: viſi. pu. ꝛ vi. in tri. eoꝝ:
et ima. ſe cuſto. ab h̄ ſec'o. Jac. j. Sic fa/
ciẽtes petũt ꝛ accipiunt. Jn illis aũt v̄bis
oſtẽdit btũs Jacobꝫ tria ptinere ad verã
¶ Primũ eſt lingue refrena/ (religionẽ.
tio. cum ḋt. Siq̄s putat ꝛc.
¶ Scḋm miſcḋie exhibitio. cũ ḋt. Reli.
¶ Tertiũ inocẽ/ (mũ. ꝛc. ẽ viſitare ꝛc.
tie obſeruatio. cũ ḋt. ꝛ ima. ſe cuſto. ꝛc.
¶ De p̄mo Ecci. xxviij. Attende ne forte
labarꝫ in lingua. ¶ De ſcḋo glo. Amb. ſup
illḋ. j. Tim. iiij. Pietas ad oĩa vtil' ẽ: dicit.
Oĩs ſũma diſcipline chr̃iane in miſcḋia ꝛ
pietate ẽ. ¶ De tertio pſ. Nõ p̄uab bonis
eos q̄ ãbulãt in inocẽtia ꝛc. ¶ Petite ꝛc.

**P**Rim⁹ art. An nob ſit vtil' ꝛ expedi
ens orare ſctõs: Q, nõ. De⁹ ẽ miſe/
ricordior q̃ꝫ q̄cũqꝫ ſctũs. ¶ Cõtra: eſt vſus
eccl'ie. ¶ Rñ. Bona. in. iiij. di. xlvj. ꝙ de⁹
voluit ꝛ de⁹ etiã decreuit ꝙ ſctõs rogare/
mus ꝓpt' triplicẽ cãm. ¶ Prio ꝓpt' nr̃aꝫ ino
piam. Sum⁹ em̃ inopes in merẽdo: vt ſic
vbi nr̃a nõ ſuppetũt merita: patrocinẽtur
aliena. Jnopes in ↄtẽplando: vt q̄ nõ poſ
ſum⁹ aſpicere ſũmã lucẽ in ſe: aſpiciam⁹ in
ſctis. Jnopes etiã in amãdo: q̃ miſer hõ
aliq̃n ſe ſentit magꝫ affici ad vnũ ſctm̃ q̃ꝫ
circa deũ. iḋ dñs cõpaſſus nr̃e iopie volu
it nos rogare ſcõs. Jlle ergo qui erat in/
dign⁹ apḋ deũ: aliq̃n rogãdo ſctõs efficit̃
dign⁹. ¶ Scḋo ꝓpt' ſctõꝝ gl'iaꝫ. q̃ de⁹ vult
ſctõs ſuos gl'ificare. Vñ p ipos vult mi/
rabilia facere vt eos laudem⁹. Et nõ tm̃
h̄ p ſup̄mos ſctõs: ſꝫ etiã p iſimos. ¶ Ter
tio ꝓpt' dei reuerẽtiã: vt pctõr q̄ deũ offen
dit q̄ſi nõ audeat deũ in ꝓpria pſona adire
ſꝫ amicoꝝ p̄ocinia iplorare. Et p h̄ patꝫ
rñſio ad obiectũ: q̃ bonuꝫ eſt aliq̃n a deo
reſilire ob reuerẽtiã. hec Bon. ¶ Pro fũ/
damẽto. Spandũ eſt dũ viuim⁹ nr̃as p̄ces
apḋ deũ mltũ valere. Oui. ḋ põto. Dũ p̄
bet faciles adit⁹ venerabile tẽplũ Sperã
dũ eſt nr̃as poſſe valere p̄ces. Et lꝫ ex no/
bis ñ poſſum⁹ qḋ neceſſariũ eſt obtinere:
nõ tñ eſt deſpandũ. q̃ neqꝫ h̄ eſt nob ipoſ
ſibile qḋ p ſctõs poſſũ⁹ obtinere. Dic em̃
Ariſt. iij. Eth. Que p amicos poſſumus:
etiã p nos aliq̄l'r poſſũ⁹. Sꝫ q̄rit̃: q̄d op⁹
eſt rogare ſctõs: cũ de⁹ ſit miſericordior:
Dic tñ. vt ſ. Ex q̄ ↄclude q̃m dũotiſſime
implorãda ſunt ſuffragia ſctõꝝ. Ber. ſer.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deoib⁊ ſctis. Sūmope deſiderāda ſūt no
bis ſuffragia ſctoꝝ: vt qd nr̄a poſſibilitas
nō obtinet: eoꝝ nobis intceſſiōe donetur.
Sed pēſate qm̄ cū magna reuerētia rogā
di ſunt ſcti q̄ ſūt milites imo reges eťni re
gni. Ideo ad ipos rogādos ⁊ mlťo forti⁹
ad rogandū deū eſt nob̄ neceſſaria cordis
p̄patio. Notate: Cithariſta p̄pat citharā
anteqꝫ pulſet corā aliq̄ magno dn̄o: alʼas
nullā melodiā faceret. Sp̄ualʼr/volēs pul
ſare an̄ dn̄m aut ſctōs ei⁹: p̄us dꝫ cor ſuū
diſponere ad q̄etē tranq̄llitatꝫ. Hoc atten
dite q̄ ſꝑ pleni paſſionib⁊ et ꝯcupiſcētijs i-
ordinatꝫ eſtꝫ. Figura.iij. Reg.viij. Sa
lomō p̄us diſpoſuit tēplū ⁊ poſtmodū in-
trās ad orādū exaudit⁹ eſt. Sp̄ualʼr tem-
plū.i.cor nr̄m p̄pari debet ſi volum⁹ exau
diri. Eccl̄.xviij. An̄ orationē p̄para ani-
mā tuam.

Secūdus ar. In p̄ceō.⁊c̄. Hic de di-
uina liberalitate reſpectu orātiū que
maxie nob̄ tribuit fiduciam recurrēdi ad
deū. Apparet itaqꝫ hui⁹ liberalitas ex tri-
(plici ꝯſideratiōe.
Prima eſt ꝯſide-
ratio amoroſe denominationis.
Scd̄a eſt cōſideratio gratioſe exhorta-
(tionis
Tertia eſt ꝯſideratio fructuo-
ſe p̄miſſionis.

Prima eſt ꝯſideratio amoroſe denoia-
tionis. q᷑ vult ꝙ orādo nominem⁹ eū pa-
trē di. P̄r nr̄ q̄ es i cel̄. Ber. Orōnis eius
principiuꝫ patris nomie dulceſcit: preſtat
mihi fiduciā impetrādi. Aug⁹. Hoc no-
mine charitas excitať ⁊ ſupplex affect⁹ ac
p̄ſūptio ipetrādi q̄ petituri ſum⁹ cū vicꝫ p̄-
uſqꝫ aliq̄d peterem⁹ tāmagnū donū acce
pim⁹ vt deo dicere p̄r nr̄ audeam⁹. Se
cūda eſt ꝯſideratio gratioſe exhortatiōis.
q᷑ hortať nos dn̄s ad petendū. cū d̄ꝫ Pe-
tite ⁊ accipietꝫ. Io.xvj. et Luc̄.xj. Aug⁹.
Dn̄s Jeſus inter nos petitor: cū p̄re da-
tor. nō vtiqꝫ tātū nos hortareť vt petere-
mus niſi dare vellet. Erubeſcat hūana pi
gricia. plus vult ille dare ꝙ̄ nos accipere.
plus vult ille miſereri ꝙ̄ nos a miſeria li-
berari. nā illō qd nos hortať: ꝓpť nos hor
tať. Sed forte dices. Cū ſit ta liberalʼ: q̄d
op⁹ eſt eū rogare/cū ille neceſſitates nr̄as
nouerit: Audi Aug. ad Probā de orādo
deū. Mlťa nob̄ de⁹ ex ſua libalitate p̄ſtat
nō petita. ſed ꝙ vult aliq̄ preſtare nob̄ pe-
tentib⁊: hoc eſt ꝓpť nr̄am vtilitatē: vt.ſ.fi-
duciā q̄ndā accipiam⁹ recurrēdi ad deū: ⁊
vt recognoſcam⁹ eū eē bonoꝝ nr̄oꝝ aucto-
rē. Tertia ē ꝯſideratio fructuoſe p̄miſ-
ſionis: quia petentibus dare p̄mittit Io
annis.xvj. Petite et accipietis. et Luc̄.xj.
Petite ⁊ dabiť vob̄. Chryſ. Petētꝫ negli
gētia rep̄hendiť vbi de dantꝫ miſcōia non
dubitať. Ut aūt certā fiduciā habeam⁹ in
ei⁹ p̄miſſo: ſimile idụcit Lu.xj. de amico q̄
ꝓpter importunitatē amici venietꝫ media
nocte ⁊ petētꝫ/ſurgit ⁊ dat ei panes neceſ
ſarios. Beda. Cōpatio eſt a minori. Si
em̄ amic⁹ hō ſurgit ex lecto et dat non ex
amicicia ſed tedio cōpulſus: quāto magis
de⁹ dat q̄ ſine tedio largiſſime dat qd pe-
tiť. Et ſicut d̄t Aug⁹. Qui nos hortatur
vt petamus ei diſplicet ſi nō petam⁹. Un̄
et poſt illam ſimilitudinē ſubiungit dicēs
Et ego dico vob̄. Petite ⁊ dabiť vob̄ ⁊c̄.
Petite incꝫ.ſ. orando in fide: ⁊ dabiť vo-
bis. q̄rite.ſ. in ſpe/⁊ recte viuendo: et inue
nietꝫ. Pulſate.ſ. charitate ⁊ pſeuerādo. et
apieť vobis. Et cōſequenter vt nos ſecu-
riores faciat: ponit cōpationem ⁊ exem
plū patris carnalis qui libentiſſime dat fi
lijs bona neceſſaria que petunt. Et ponit
exemplum de tribus quibus ſignificatur
ea que a deo debemus poſtulare. Primo
de pane qui ſignificat charitatem. quia ſi-
cut ſine pane omnis menſa inops diciť: ſic
ſine charitate omnis virtus inanis. Huic
aūt opponiť duricia cordis q̄ per lapideꝫ
ſignificať. Secundo de piſce q̄ naſcitur ⁊
nutriť in aqua: ꝑ quem intelligiť fides q̄
in baptiſmo naſciť: ⁊ in aquis.i. tribulatio
nibus meliorať. Huic eſt ꝯtrarius ſerpēs
propter venenū infidelitatis. Tertio de
ouo in quo eſt ſpes fetus. per quod ſigni-
ficať ſpes que eſt de non habitꝫ. Huic cō-
trariatur ſcorpio cuius cauda eſt veneno
ſa: et ſignificat deſperatiōeꝫ. Et ſubdit do
minus. Si ergo vos cum ſitis mali ⁊c̄. q.
d. Si pater carnalis qui malus eſt ad cō-
parationem diuine bonitatis reſpectu cu
ius nemo eſt bonus: qui etiā diciť malus:
quia ad mala p̄nus: dat bona ſibi a d̄o da
ta.ſ. temporalia filio petēti: multo magis
p̄r veſter celeſtꝫ q̄ ex natura ſua bon⁹ eſt et
pi⁹ ꝑ eētiā/dabit ſp̄m bonū.i. bona ſp̄ua-
lia petentib⁊ ſe. Exemplum de hac dei

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

liberalitate habem⁹ i latrone dextro q̇ ſo/
lū petebat vt dn̄s eēt mēoꝛ ſui. Et ipe di/
xit ei Hodie mecū eris i paradi. Amb. Vbe
rioꝛ ē grā q̄ꝫ pcatio.

Terti⁹ ar. Aud. ꝛc. Miſeri q̇ oꝛare ne
gligūt cū ſit tāta dei liberalitas: n̄ mi
ru ſi tales diuis priuant̄ bn̄ficijs. q2 lex dic.
Vigilantib⁹ ꝛ nō doꝛmiētib⁹ ſm iura ſub
ueniendū ē. ff. ad vell. l. ij. §. Verba. Et d
rex ꝑmutatiōe. Cum vniuerſoꝝ. ꝛ de do/
na. Int̄ dilectos. Audite: ſi rex mādaret
vt ad eū irent ciues hui⁹ ciuitatis petituri
qḋ vellent ꝛ accepturi: nōne vituperādi eſ
ſent ſi negligerēt ꝛc. Expone ꝛ applica no
tādo illud Mar. xiij. Videte: vigi. ꝛ o.

Sermo. iiij

# PEtite et acci

pietꝫ ꝛc. Amē amen dico vob.
Si q̇d petieritꝫ pa. i no. meo
dabit vob. Joā. xvj. Vbi ſūt tria ꝯſiderāda

Primū petitionis conditio: cū dic. Si
q̇d petieritꝫ pa. in no. meo.

Scḋm rei petite pmiſſio: cū dr dabit v.

Tertiū pmiſſiōis certificatio: cū dicit.
Amen amen.

Pro pmo Aug. Nō petit̄ in noīe ſalua
toris q̇cq̇d petit̄ ꝯ rōnē ſalutꝫ. De ſecūdo
Lu. xj. Petite ꝛ dabit̄ vob. De tertio Jo.
xiiij. Ego ſū via veritas ꝛ vita. veritas inquā
infallibilis certos nos faciens.

Petite ꝛc.

PRim⁹ ar. An ſcti cogſcāt oꝛōnes no/
ſtras: Q, nō. Aug. li. d cura p moꝛtu
is agēda. Neſciūt moꝛtui q̇d agāt viui eti
am eoꝝ filij. Contra Greg. xij. moꝛ. Hoc
d ſctis aiab⁹ ſciēdū ē q cū oipotentꝫ dei cla
ritatē videāt: nllo mō credēdū ē q foꝛas ſit
aliq̇d qḋ ignoꝛēt. Rn̄det Boñ. in. iiij. di.
l. Eſt aliq̇d cogſcere dupl'r. ſ. ꝓpria ꝯſidera
tiōe/ vel alteri⁹ inſtructiōe. Cognitio ꝑ ꝓ/
priā ꝯſiderationē ē dupl'r. Aut em̄ ē rei vt
pn̄tꝫ ꝛ ꝑ certitudinē. Aut ē rei vt abſentꝫ ꝛ
ꝑ q̄ndā cōiecturationem. Sil'r cognitio ꝑ
inſtructionē ē dupl'r Aut eſt em̄ ꝑ reuelati
onē dei/ aut ꝑ reuelationē alteri⁹ Cū ſit ita
q̄ꝫ q̄druplex mod⁹ cogſcendi: prim⁹ non ē
in aiab⁹ ſeꝑatis q̄ntū ad act⁹ nr̄os q̄ꝫdiu
ſūt i locꝫ ſibi deputatꝫ. diſtāt em̄ a nob ni
ſi diuia foꝛtaſſe permiſſiōe veniāt ad nos.

Scōs i dānatꝫ eē poteſt n̄ i bonis q2 huic
admixt⁹ ē erroꝛ ꝛ dubietas. Terti⁹ ē tm̄ i
bonis. Quart⁹ pt eē in bonis q̄b⁹ referūt
angeli boni/ ꝛ in mal' q̄b⁹ referunt demōes
vl' ipi dānati. Hec Boñ. Dic aūt Tho. q
cū nulla rectitudo deſit ſctis ꝛ ad rectitu/
dinē voluntatꝫ ſpectat quēlibet velle ea q̄
ad ipm ꝑtinent ꝛ ad ꝑfectionē btitudinis
exigit̄ q hō habeat q̇cq̇d velit ꝛ nihil ioꝛ/
dinate velit. hoc aūt ad btoꝝ gl'iā ꝑtinet
q oꝛent̄ ꝛ indigentib⁹ auxiliū pſtent ad ſa
lutē. ſic eni dei cooꝑatores efficiunt̄ q̄ ni/
hil eſt diuini⁹ vt dr Dioñ. iij. c. celeſtꝫ hie/
rarchie. Jō manifeſtū ē q in vbo cogſcūt
vota ꝛ deuotiōes confugiētiū ad ſe. Hec
Tho. in. iiij Pro fund. Ois Amicus ve/
rus deſiderat q̇cq̇d amico eſt neceſſariū ſi
cut faceret p ſeipo. Juxta illḋ qḋ dic Te/
renti⁹. Vet⁹ vbum h̄ eſt eē cōia amicoꝝ
ī ipſe oia. Jdeo etiā vt dic Ariſt. ix. Eth.
Amic⁹ bona opat̄ amico vt pt. Cum itaq
ſcti ſint amici nr̄i veri: credēdū ē q nobis
ſubuenire volūt ꝛ nr̄as indigētias cogſce/
re vt nobis ſuccurrāt Cū ḡ q̄rit̄ An ſancti
ꝛc. Dic rn̄. vt ſ. Ex q̄ conclude q cū mul
ta deuotione ꝛ reuerentia rogare debem⁹
ſanctos acſi eos palā facie ad faciem vide
rem⁹. q̄m ꝛ nos oꝛantes benigne aſpiciūt
ꝛ de nr̄a deuotiōe letant̄. q̄m vt dic Aug.
li. ſol. Quotiēs bn̄ agim⁹ gaudēt angeli ꝛ
eadē rōne alij ſcti. Sꝫ timēdū ne ꝓpt men
tis impuritatē neqꝫ de⁹ neqꝫ ſcti nr̄as oꝛō
nes videāt oculo miſcdie. Nā dr Eſa. lix.
Jniq̇tates vr̄e diuiſerūt int̄ vos ꝛ deū ve
ſtrū/ ꝛ pctā vr̄a abſcōderūt faciē ei⁹ a vob
ne exaudiret ꝛc. Aud. o pctōꝛes. Purgata
vo ꝯſcia ſi deū ꝛ ſctōs rogam⁹ nullaten⁹ ē
diffidēdū q̇n libent̄ audiamur Notate q̄ſo
q̄ꝫ neceſſaria ſit nob oꝛō ſi volum⁹ ſurſū ad
deū ꝛ ſctōs ire. Nēo em̄ pt vltra facultā/
tē nature facere niſi cū iſtrumēto ad h̄ req̄
ſitoꝛ bn̄ diſpoſito. Verbi grā Hō q2 grauis
eſt nō pt ſurſū aſcēdere niſi mediāte ſcala.
Spūal'r nos pctis aggrauati ſurſū aſcen/
dere n̄ poſſum⁹ niſi ꝑ ſcalā oꝛōnis q̄ pedē
h3 i t̄ra ꝛ caput i celo. Figura Geñ. xxviij
Jacob vidit ſcalā ſūmitas ei⁹ celos tāge/
bat ꝛc. Spūal'r ꝑ ſcalā oꝛōnē itellige/ ꝑ Ja
cob a facie eſau fugiētē fidelē fugiētē a fa/
cie diaboli q̇ ꝑ oꝛōnē ad deum deb3 aſcen
dere Ro. xij. Oꝛōni inſtātes.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Secũdus arti. In p̄ceden. ⁊c̄. Hic de tertio qḋ eſt noſtra neceſſitas miſe-rabilis q̄ maxime eſt triplex.

Pr̄ia eſt neceſſitas impetratiōis terre-norum.

Secūda eſt neceſſitas adeptionis di-uinorum.

Tertia eſt neceſſitas euitationis peri-culorum.

Pr̄ia igit̄ eſt neceſſitas ⁊c̄. Terrena em̄ ſunt a deo petēda p̱ neceſſitate vite. Sic̄ em̄ ait Aug. ad probā. de orādo deū. Hoc licz orare qḋ licz deſiderare. Tēporalia āt licz deſiderare: ſed p̄ncipalr̄ nō debem᷒. vt dicit Tho. ij. ij. vt in eis finē ↄſtituam᷒ ſed ſicut q̄dam adminicula quibus iuua-mur ad tendendū ad beatitudinē per q̄ vita corpalis ſuſtentat̄: ⁊ etiā organice de-ſeruiūt ad act᷒ virtutū. vt dr̄ phs. j. ethi.

Scḋa eſt nc̄itas adeptiōis diuinoꝝ. g̃re ⁊ glorie q̄ a ſolo deo hr̄i pn̄t ⁊ q̄ꝝ nul-lus eſt capax: niſi deſideret ⁊ petat. Vnḋ Beḋ. Ad hoc peti ſe vult vt capacēs eoꝝ doꝝ fiāt q̄ petūt. ⁊ Aug᷒. Tota vita boi chr̄iani eſt ſctm̄ deſideriū: qḋ deſideras: nō vides: ſed deſiderādo capax eris. Ideo nullū credim᷒ ad ſalutē: niſi deo inuitāte venire: nullū inuitatū niſi ḋo adiuuāte bo-na opari: nullū niſi orantē dei auxiliū p̱me-reri. Sed forte q̄rit aliq̄s An orō ſit in p̄-cepto: Rn̄det Tho. in plr̄ibus locis: vt in iiij. di. xv. Et ij. ij. q. lxxxiij. q̄ orō q̄n̄qꝫ eſt in p̄cepto. Primo em̄ ad horas canonicaſ tenent̄ bn̄ficiati ⁊ in ſacrꝭ ordinibꝫ ↄſtitu-ti: ⁊ religioſi p̱feſſi. Scḋo tenet̄ q̄libꝫ p̱ ſe orare: ſp̄ualia petendo/ p̄ſertim cū grauiter tentat̄. Tertio p̱ proximo in caſu nc̄itatis: q̄n̄ p̱ aliū n̄ iuuaret̄ in tētatōibꝫ ſuis/ h̄ me-ſciēte. Tūc em̄ locū habꝫ illḋ Amb. Paſce fame morientē. ſ. ſp̄ualr̄: Si nō paūiſti/ oc-cidiſti: ſꝫ h̄ difficile eſt ſcire. Idcirco lau-dabile ē q̄ aliq̄s freq̄nter etiā p̱ alijs oret g̃nalr̄. ⁊ maxīe in nc̄itate ↄſtitutis Chry. ſup Mat. Pro ſe orare nc̄itas cogit: p̱ al-tero aūt charitas frat̄nitatꝭ hortat̄. Dul-cior eſt āt apḋ deū orō nō quā nc̄itas trā-mittit: ſꝫ quā frat̄nitatꝭ charitas ↄmēdat Quarto dn̄icꝭ diebꝫ: ⁊ p̄cipuis feſtꝭ tenet̄ q̄libꝫ orare ad ↄformādū ſe miſtris eccl̄ie

Tertia ē nc̄itas euitatiōis p̱iculoꝝ q̄bꝫ vicꝫ nr̄a miſerabil̄ ↄdicio ſubiecta ē: de q̄-bus multū elegant̄ loq̄t̄ Aug. xxij. de ci-ui. dei. c. xxij. Vide ſi vis. Cōſiderare q̄p-pe debem᷒ q̄ in hac vita ſum᷒ q̄ſi naute trāſfretātes. Eccl. xliij. Qui nauigāt ma-re enarrēt pericl̄a ei᷒. Itē vt p̱egrini per deſertū tranſeūtes. ij. Coꝝ. v. Q̄diu ſum᷒ in corpe p̱egrinamur a dn̄o. Itē vt mili-tes in cāpo dimicātes Iob. vij. Militia eſt vita hoīs ſup terrā. Propt̄ hec p̱icula et multo forti᷒ pro p̱iculo extremo futu-ro orare debem᷒. Lu. xxj. Vigilate itaqꝫ om̄i tp̄e orātes vt digni habeamini effu-gere hec oīa que futura ſunt et ſtare an̄ fa-ciē filij hoīs. Et videt̄ in om̄i deſolatōne et p̱iculo recurrēdūꝫ eſſe ad orōnem. ſcḋi Para. x. Cū ignoramus quid agere debea-mus h̄ ſolum reſiduū habem᷒ vt oculos nr̄os dirigam᷒ ad te. Diligēter ergo attē-tis periculis q̄bus ↄtinue ſubiacem᷒ ↄti-nue clamare dꝫ vnuſquiſqꝫ ad deū. d. De᷒ in adiutorium meū intende. Exemplū Math. viij. Diſcipuli vidētes p̱iculum maris clamauer̄t dicētes. Dn̄e. ⁊c̄. Sal-ua nos perim᷒. qḋ et a nob̄ cōtinue dōm eſt qui in tātis miſerijs ſumus: q̄rum ↄſi-deratio cū diuine liberalitatis recogniti-one nos efficaciter hortari debet ad oran-dum. Vn̄ Hugo de ſctō victo. i li. de vir. orādi. Quo ſtudio ⁊ quo affectu a nob̄ orā-dus ſit de᷒ ex nr̄a miſeria ſiml̄ et ei᷒ miſe-ricordia cōſiderare poſſumus. In cōſide-ratōne nr̄e miſerie diſcamus q̄ nobis ne-ceſſe eſt petere. In cōſideratōe v̄o diuine miſericordie q̄ fiducialr̄ debem᷒ poſtulare Cōſideremus q̄ꝫ ſit breuis vita nr̄a q̄ꝫ ſit via lubrica/ q̄ꝫ ſit mors incerta. Cōſideret vnuſq̄ſqꝫ mala ſua p̱pria. Et dū erumnaꝫ huius vite cōſiderat: que ſit etiā celeſtis patrie ſuauitas attendat. Hec ille

Tertius artil̄s. Auḋ. ⁊c̄. Cauete ne p̱pt̄ negligētiam orādi i p̱iculis et mi-ſerijs remaneatis. Lex dicit. Si quis ſua culpa eget. indignū eſt ei ſubuenire. ff. de-poſiti. l. Bona fides. ar. ad hoc oppoſitū lxxxvj. diſ. c. Non ſatis. Pone caſū de eo q̄ fame et frigore p̱iclitans negligit petere auxilium cū tamē moneat̄ petere et acci-pere. Expone et applica notādo illud ſcn̄. Turpis eſt iactura q̄ p̱ negligētiam fit.

Sermo quintus

Petite et d.

p Venit hora cum iã non in
prouerbijs loq̃r vob ſʒ pa-
lã de p̃re meo ãnũciabo vob. Jo. xvj. Pa
lam ãnunciat dominꝰ diuia myſteria de-
uote petẽtibꝫ. In ill'ãt ꝟb tria ſr̃ notãda.
¶ Primũ eſt ꝓmiſſiõis ꝓmptitudo. cũ di.
Venit hora. ¶ Scðm claritudo. cũ dicit.
cũ iam nõ in ꝓuerbijs loquar vob. ¶ Ter-
tiũ eſt certitudo. cũ dicit. ãnunciabo vob
ſcʒ ego ip̃e qui mẽtiri non poſſum De his
Chry. Q2 obũbrata erãt q̃ dicta erãt: ſub-
iũxit Hec in ꝓuerbijs locutꝰ ſũ vob Ve-
nit hora cũ iã ñ i ꝓuerbijs loq̃r vob. i. eri-
tps qñ ſcietis oia maifeſte. Dicit ãt reſur
rectõis tps. ſʒ pa. de pa. m. an. vob. Etẽm
q̃dragita dieb diſputauit cũ eis ꝯgrega-
tis loqns de regno dei. Et nũc ait / i timo
re exñtes nõ attẽditis his q̃ dicũt. tunc ãt
Ruſcitatũ vidẽtes poteritʒ oia palã diſ-
cere ¶ Petite. ꝛc̃.

p Rimus articulus. An ſcti orẽt ꝓ no
bis Q, nõ. Dicit Anſ. i pſol. Beati
erũt oipotẽtes ſue volũtatʒ ſicut deus ſue.
g̃ cũ nullus oret qð ꝑ ſe pt ſicut dt Aug.
li. de correc. ꝛ grã. Si ſcti volũt noſtꝝ bo
nũ: nõ hñt ꝓpter h̃ orare. Cõtra: Eccia cõi
ter orat di. Sctã maria ora ꝓ nob. Rñdʒ
Bona. in. iiij. di. xlvj. ꝙ ſic̃ dt mgr̃ in lrã:
Scti ꝓ nobis orãt. Rñ. duplex ẽ: Vna eſt
q2 videt nr̃am ncitatẽ in q̃ nos indigemꝰ
ab alijs releuari. Alia ꝓpter dei volũtatẽ:
q2 vult vt vnũ mẽbꝝ aliõ releuet ꝛ ꝙ ꝓ in
uicẽ ſollicita ſint mẽbra. Ad illð qð obijcit̃
dicẽð. ꝙ volũtaſ dupl'r ꝯpat̃. Aut ad actũ
ꝓpriũ: vt volo h̃ facere. Aut ad actũ alienũ
vt volo vt aliꝰ h̃ faciat. Vñ dico ꝙ aucto
ritas Anſ. eſt reſpectu actꝰ ꝓprij: ſʒ petitõ
ſalutʒ ẽ reſpectu actꝰ diui: vt. ſ. deꝰ ſaluet
Hec Bon ¶ Pro fund. Nõ ſic ẽ de curia
celeſti ſic̃ ð curia terenoꝝ dñoꝝ. de q̃ ouið.
ſine titulo. Curia paupibꝫ clauſa ẽ dat cẽ-
ſus honores. Et in li. de faſ. In p̃cio p̃ciũ
nũc ẽ dat cẽſus honores Cẽſus amicicias
paup vbiq3 iacʒ. Sʒ in celeſti curia libent̃
ſr̃ oẽs ſcti ꝓ nob intceſſores deſiderãtes
nob ipendere auxiliũ. Et h̃ ẽ eis g̃tiſſimũ
Juxta illð Ariſto. ij. pol. Amicʒ auxiliari
dulciſſimũ eſt. Cũ g̃ q̃rit̃ An ſcti ꝛc̃. Dic
rñ. vt ſ. Ex q̃ ꝯcluð ꝙ mltũ gaudere de-
bemꝰ venerãdo ſctõs: puta in eoꝝ feſtiui-
tatibꝫ: ſʒ tñ ꝛ ibi eſt vnð ꝯfundi debemꝰ.
Ber. ſer. de vig. aplõꝝ pe. ꝛ pau. In feſti
uitatibꝫ ſctõꝝ debemꝰ gaudere ꝛ ꝯfũdi:
gaudere q2 p̃onos p̃miſimꝰ: ꝯfundi quia
imitari nolumꝰ. Audite o miſi pctõres q̃
cũ ſctis tãdẽ regre ſpatʒ / ꝛ tñ diabolũ ma
gis q̃ȝ ſctõs imitari vultʒ: qm dño rebel-
les eſtis. Redite igit̃ ad corꝛ exẽpla ſctõꝝ
imitari ſtudeatʒ: ꝛ ſic ꝓcul dubio ꝓ vobis
orabũt vr̃am ſalutẽ deſiderãtes. Fig. ij.
Mach. j. Fratribꝫ q̃ ſũt in egypto ſalutẽʒ
dicũt fratres q̃ ſr̃ hierl'ymis. Spũal'r Fra
tres q̃ ſũt in egypto. i. mðo tenebroſo nos
ſumꝰ q̃bus optãt ſalutẽ frẽs nr̃i q̃ ſũt hie
roſolymis. i. in ciuitate celeſti q̃ eſt citas
pacis. Oĩ ſcti nr̃am ſalutẽ ꝛ ſotietatẽ op-
tãt: q̃ȝferuẽter optare debemꝰ ꝑueire ad
eoꝝ ꝯſortiũ. Jðo Berñ. ſer. de oibꝫ ſctis.
Quid iſtð negligẽtie: q̃d pigricie: imo q̃d
ignauie frẽs vt nõ crebrʒ ſuſpirijs ꝛ feruẽ
tiſſima affectiõe abrũpe hic ꝛ in illa tãfe-
licia ſctõꝝ agmia iactari aios ſtudeamꝰ.
Ve nobis a duricia cordis nr̃i.

s Ecũdꝰ arti. In p̃ceð. ſer. de p̃ma cõ
ſideratiõe p̃ncipali Hic de ſcða dicẽ
dũ q̃ eſt ꝯſideratio diſpoſitiue p̃paratiõis.
Ecci. xviij. Añ orõez p̃para aiaʒ tuã: ꝛ ne
ſis ſic hõ q̃ tentat deũ q̃rens. ſ. aliq̃d a do
ꝛ nõ p̃mo faciẽs qð in ſe eſt. ſ. aim p̃parẽ.
Prouer. xvj. Hominis eſt aim p̃parare.
Eſt aũt ad bñ orandũ ncãria duplex p̃pa-
tio. ſ. purgatiua ꝛ meditatia. In hoc ſer.
dicendũ ẽ de p̃ma q̃ fieri dʒ tripl'r.
¶ Primo ꝑ abſtinẽtie obſeruationẽ.
¶ Scðo ꝑ pietatis exercitatiõeʒ.
¶ Tertio ꝑ cordis ꝯpunctionẽ
¶ Prĩo igit̃ ꝛc̃. Tob. xij. Bona eſt orõ cũ ie
iunio. Jõ iſti obtinuert̃ qð petierũt: quia
orõi ieiuniũ adiũxert̃. vicʒ helias. iij. Re.
xix. Judith eiuſdẽ. viij. ꝛ. xiij. Filij captiui
tatʒ. Heſð. viij. Danie. eiuſdẽ. x. Niniuite
Jone. iij. Et anna ꝓphetiſſa Lu. ij. Se
cũdo ꝑ pietatʒ exercitatõʒ. vñ Act. x. dixit
ãgelꝰ cornelio: Orões tue ꝛ elyne tue aſcẽ
de. in ꝯſpe. di. Ecõtra. ꝓuerb. xxj. Qui ob
turat aurẽ ſuã ad cla. pau. ꝛ ip̃e q3 cla. ꝛ ñ
exaudiet̃. Si ãt pietas q̃ reſpic̃ corpꝰ diſ-
ponit ad orãdũ: mlto magʒ pietas q̃ ẽ re-
ſpectu aie: cuiuſmõi ẽ idulgere iiuriãti. vñ
Mat. v. Si offers mu. tuũ ad al. ꝛ recor-

da. rc̃. Vade p⁹ recon. fri tuo rc̃. ꝛ Mar.
xj. Cũ ſtabitꝫ ad orãdũ/dimittite ſiqd ha
betꝫ: ꝛ pr̃ vr̃ di. vob pec. vr̃a. ꝛ Ecci. xxviij
Relinq. pxĩo nocẽti tibi: ꝛ tũc depcãti tibi
pctã ſoluenẽ. Hõ hoi ſuat irã: ꝛ a dõ qrit
medelã. In hoiem ſibi ſilẽz nõ hꝫ miſcdiã
ꝛ depcaẽ p pctis ſuis. q. d. Hoc fruſtra fac̃
Propt̃ pdicta dr̃ Beda. Due ſũt ale qbꝫ
ad deũ oro volat: dare ꝛ remittere. Ter
tio p cordis ꝯpũctiõeꝫ: qꝛ ſicut dr̃ ps. Ini
qtatẽ ſi aſpexi in corde meo nõ exau. dñs.
et Eſa. j. Cũ mĺtiplicaue. orões nõ exau.
man⁹ eñ vr̃e plene ſũt ſan. i. pctõ. Notan
dũ tñ ſm Tho. ij. ij. ꝙ in pctõre duo ſũt cõ-
ſiderãda. ſ. Natura quã de⁹ diligit: ꝛ cul-
pa quã de⁹ odit. Si ergo pctõr inqñtũ pec
cator aliqd petit orãdo. i. ſꝫ deſideriũ pec-
cati hoc a deo nõ audiẽ ex mia. lꝫ qñqꝫ au
diaẽ ad vindictã dũ de⁹ pmittit pctõrem
ampli⁹ ruere in pctã. Sicut eñ dic̃ Aug.
Dñs quedã negat ppiti⁹ q̃ ꝯcedit iratus
Exaudiunẽ ḡ qñqꝫ mali ad voluntatẽ ſuã
ſed nõ ad ſalutem: ſicut diabolus Job. j.
Et filij iſrael petẽtes carnes Nũe. xj. Ora
tionẽ aũt pctõꝝ ex bono deſiderio nature
pcedentẽ de⁹ audit nõ q̃ſi ex iuſticia: quia
pctõr hoc nõ mereẽ: ſed ex pura miſcdia:
qd intelligendũ eſt de pctõre humiliato.
Vñ ſup illõ Lu. xj. Omĩs q petit accipit:
dicit Chryſ. gloſando: Oĩs: ſiue iuſt⁹ ſi-
ue pctõr: qd etiaꝫ intelligendũ eſt q̃tuor
ꝯdiciõibꝫ obſeruatis: vt. ſ. petat pie neceſ-
ſaria ad ſalutẽ: pſeueranter ꝛ p ſe. Vñ nõ
ſolũ eſt neceſſaria cordis ꝯpũctio ſiue hu-
miliatio in orãte: ſedetiã i eo p q̊ oratur.
Exemplũ habem⁹. j. Reg. xv. Samuel
lꝫ ſctũs tota nocte clamãs ad dñm: nõ eſt
exaudit⁹ p ſaul obſtinato in ſupbia. Ita
in vitaſpa. legiẽ. Quidã frater dixit beato
Antonio. Ora p me pat̃. Qui rñdit. Nec
ego tui miſereor neqꝫ de⁹: niſi p teipſo ſol
licitus ſis ꝛ oraverꝫ deũ. Ibid. Quidã re
linqns ſeclm factus eſt eremita pbatiſſi-
mus: qd audiẽs ſecularꝫ quidã ſoci⁹ eius
venit ad eũ rogans vt deũ oraret p eo q̃ti
nus daret ei gratiã abſtinẽdi a peccatis.
et ille pmiſit monẽs vt poſt quindeci di-
es rediret ad eũ: Quo reuerſo q̃ſiuit ſi ad-
huc placeret pctm̃ ſuũ ei. Rñdit: deterius
eſſe ſibi q̃ꝫ antea. Tũc eremita monuit eũ
iterꝝ poſt qndeci dies redire: ꝛ forti⁹ ſe af
flixit orans p eo. Cũ aũt rediſſet nũciãs
ei ꝙ ſibi deteri⁹ eſſet/attẽdens eremita ne
gligentiã ei⁹: qꝛ delectatiõi nõ reſiſtebat:
accepit ſportã in q̃ ſibi panes detulerat ꝛ
impleuit arena rogãs vt humerꝫ ſuis im
poneret ꝛ ferret. Qd cũ ille attẽtaret/ ere
mita retrahebat inferi⁹: qd cũ ille aduer-
teret: dicit: Non poſſum hoc leuare: q̃a tu
deorſum trahis: Tũc ille: Trahe ſup te. ꝛ
ego iuuabo te. qd cuꝫ faceret/facillie on⁹
ſup humeros eius poſitũ eſt. Tũc eremi-
ta: Sic ergo te nõ poſſum iuuare: qꝛ tu ni-
teris in ꝯtrariũ delectãdo in peccato: ſed
iuua te /reſiſtendo pctõ: ꝛ tũc tibi valebit
adiutoriũ dei ꝛ meũ. Oportꝫ ḡ vnũqnqꝫ
ſuipſius miſereri: alĩas fruſtra oraret pro
ipo. Ecci. xxx. Miſerere anime tue placẽs
deo.

Tertius articu. Aud rc̃. Et p̃cipue neceſſaria eſt cordis cõpunctio. Au-
dite qd iura dicũt: Venia peccati nõ da-
tur niſi correcto. xxiij. q. ij. Legatur. Nec
poteſt gaudere ſe correctũ: niſi prius do-
leat ſe fuiſſe pverſum. xxiij. q. vij. Quẽad-
modũ. Et lex dicit. Delicti veniã penitẽ-
tibus indulgemus. C. de hereti. maniche
os. Et. C. de ſum. trinita. ꝛ fide catho. l.
vlti. Pone caſum. Si videret p̃nceps ani
mos hominũ: ꝛ peteret aliqs gratiã q ta-
men in corde retinet voluntatẽ offenden-
di regem. An rex ſibi parceret: Certũ eſt
ꝙ nõ rc̃. Expone ꝛ applica notando illud
j. Reg. xvj. Dñs intueẽ cor.

Sermo ſextus.

# Petite et dabitur vobis rc̃.

In illo die
in nomie meo peteris ꝛ nõ
dico vobis quia ego rogabo patrẽ p vo-
bis Joan. xvj. In his verbis tria pmit-
tit. Primo deſiderande cognitiõis eui-
dentiam. cũ dicit In illo die. Secundo
fiende petitionis ſcientiaꝫ: cum dicit: In
nomine meo peteris. i. petere ſcietis quo-
niam ſpiritusſancto pleni eritis.
Tertio ſperãde exauditõnis fiduciaꝫ:
cũ dicit. Et nõ dico vobis rc̃. De primo:
Luce vlti. Tunc ape. illis ſen. vt intellig.
ſcripturas. De ſecundo Rhomano. viij.
Quid orem⁹ ſicut oportꝫ neſcim⁹. ſ. ex no



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

biſſpis: ſʒ ipſe ſpūſſctūs poſtulat ꝓ nob. i.
no: poſtulantes facit. De tertio. Theo-
phil⁹. Adeo aſſero vob patrē fauere ꝙ ne
qꝫ interuentu meo vlteri⁹ indigebitis.

¶ Petite ꝛc.

Primus articul⁹. An ſcti aliq̄d impe
trēt ꝓ nobis: Q. nō: qꝛ iā nō ſūt in
ſtatu merendi. ¶ Cōtra. Plus poſſūt in
patria q̄ʒ in via apō deū. ¶ Rn̄det Bon̄.
in. iiij. diſt. xlvj. ꝙ ſctoꝝ oꝛones multa bo
na nobis impetrant. ſic dic̄ mgr̄: ꝛ merito
ꝛ affectu. Merito quidē pcedēti q̄ apud
deū ſūt tātū accepti vt nō tm̄ ſibi beatitu
dinē meruerint: ſed etiā alijs ſuffragari:
Multi em̄ ſuperogauerūt. Affectu autē
qꝛ amici dei facti ſūt: ꝛ amicoꝝ eſt idē vel
le ꝛ idē nolle. Jō cū ſcti aliquē amāt cōpel
lūt (vt ita dicā) deū diligere. Vn̄ btā vir-
go multos pctores deo recōciliare dr̄. Ad
illud aūt qō obijcitur. dicēdū ꝙ nō reddi
tur exauditio merito qō tūc ſit ſʒ qō pre-
ceſſit quo meruerunt alijs ſuffragari: ſub
cōditiōe tm̄ ſi alij ſuffragia coꝝ implora-
rent. Etſi dicas ꝙ meritū coꝝ eſt plene
remuneratū: verū eſt de merito abſoluto.
Hoc Bon̄. ¶ Pro fūdamēto. Docet hu-
mana experientia ꝙ plerūqꝫ multis par-
citur ꝓpter preces amicoꝝ. Ouidius de
ponto. Culpa grauis precibus donatur
ſepe ſuoꝝ. Certū eſt etiā ꝙ vn⁹ amicus li
bēter ſubſidiū impēdit alteri amico. Vn̄
Ariſto. ix. Ethicoꝝ dicit ꝙ opa amicicie
ſūt beniuolētia: cōcordia: ꝛ bn̄ficētia. Cū
ergo ſcti nos veraciter ament: certū eſt ꝙ
libenter intercedūt ꝓ nobis. Sed q̄ritur.
An impetrent ꝛc. Dic rn̄. vt ſ. Ex q̄ ꝯclu
de q̄nto feruoꝛe deſiderij accendi debem⁹
ad ſctōs: ꝛ certe in tali feruoꝛe deſiderij iā
quodāmō intratur cuʒ eis in gaudiū dn̄i.
Bern̄. ſer. de. o. ſ. Letatus ſum plane in
his q̄ dicta ſunt mihi fratres qm̄ in do-
mū dn̄i ibimus. Etſi queritis vnde illud
fiducialiter p̄ſumā: inde ſine dubio quia
multi iam ex nobis in atrijs ſtent. Quan
tū em̄ gaudere debem⁹ cū cogitam⁹ nos
habere tam glorioſos interceſſores nr̄a
vota deo offerentes et ſuis oꝛatiōib⁹ apō
deū quod nobis eſt ſalutare impetrantes
Nec dubiū quin eoꝛum oꝛationes apud
deum ſint ſuauiſſime. ¶ Figurā Apocal.
v. Vidit ioānes quomodo quattuoꝛ ani-
malia ꝛ quattuoꝛ ſenioꝛes (ꝑ quos deſi-
gnantur beati) ceciderūt corā agno habē
tes ſinguli citharas ꝛ phialas plenas odo
ramentoꝝ: ꝛ exponendo ſubdit que ſunt
oꝛatiōes ſctōꝝ. Expōe qm̄ oꝛones ſctōꝝ
ſunt melodioſe ꝛ odoꝛifere coꝛam deo.

Secund⁹ articul⁹. In p̄cedenti ꝛc.
Hic de ſecūda que eſt p̄paratio me-
ditatiua. ps̄. Meditatio coꝛdis mei in
cōſpectu tuo ſemꝑ. Item In meditatiōe
mea exardeſcet ignis. Bernard⁹. Me-
ditatio quid deſit docet. Oꝛatio ne deſit
impetrat. Eſt autē meditatio ad oꝛandū
preparatiua triplex.

Prima incitatiua.
Secunda eleuatiua.
Tertia humiliatiua.

¶ Prima igitur. eſt incitatiua. ꝯſiderando
vꝫ ꝓpriā fragilitatē ꝓpter quā neceſſe
habem⁹ oꝛare: vt dictum eſt ſupra ſermo
ne. iiij. Hugo de ſancto victoꝛe. In cōſi-
deratione noſtre miſerie diſcam⁹ ꝙ nob̄
neceſſe eſt petere. Audite itaqꝫ. O pecca-
toꝛes cōſiderate miſerias veſtras: qꝛ ceci
eſtis pauperes ꝛ nudi. Si quis reputaret
ſe cecū: deū rogaret vt eū illuminaret: ſi
pauperē cibū poſtularet: ſi nudū quere-
ret veſtimētū: ꝙ ſi dicas ſentio me durū ꝛ
indeuotū. Audi. Ecce rex habet duos fi-
deles ſeruos: vnū armatū: aliū inermē:
ambos mittit ad preliū ꝯtra hoſtes. Ar-
matus viriliter procedit: inermis vero
dicit dn̄o ſuo. Dn̄e vt vides nō habeo ar
ma tn̄ ob amoꝛē tui pcedā. Videns igit̄
rex fidelitatē eius dicit miniſtris. Date ei
arma quib⁹ induat̄: ꝛ in eo ponite ſignū
meū. Sic q̄ntūcūqꝫ inſipidus ꝛ indeuot⁹
ad oꝛationē debet pcedere cōfidenter: et
dn̄s ſibi puidebit de neceſſarijs. Sʒ foꝛ-
te dicit aliquis. Cū oꝛo tūc plures tenta-
tiones patioꝛ. Audi cū quis habet cauſā
contra aduerſariū in curia principis ſi ho
mo iſte vadat ad principem vt faciat ali-
quid contra aduerſariū: ſciēs ille aduerſa-
rius opponit iſti totis viribus: ſic facit
diabolus: nō tamē ꝓpter hoc debet homo
relinquere oꝛationē: ſed firmiter ſtare: qꝛ
hec eſt via ad ſupernā patriā: ꝛ ille qui ꝓ-
pter hoc oꝛationē relinquit: eſt ſicut ille q̄
de prelio fugit. ¶ Secūda eſt meditatio
eleuatiua: conſiderando videlicet diuinā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bonitatē ⁊ liberalitatē: de q̄ ſup̄ diximus:
ſer. iij. Et ſic ꝯſiderādo dei bonitatē: oꝛ
reuocari coꝛ ab exterioribꝫ. Iſi. Primo pur
gandus eſt animꝰ: ⁊ a rez tēpoꝛaliū cogi-
tationibꝫ ſegregādus: vt pura coꝛdis aci-
es ad deū dirigat̄. Idē lib. de ſum. bono.
Mens quidē noſtra celeſtis eſt: ⁊ tūc oꝛā
do bn̄ deū ꝯtemplat̄: qn̄ nullis terrēis cu
ris impedit̄. Et Cyp̄anus lib. de oratiōe
dñica. Quō audiri te poſtulas cū teip̄m n̄
audias: dn̄m tui memoꝛez eſſe vis cū tui
ipſe nō memoꝛ ſis. Propterea dī ſaluatoꝛ
Matth. vj. Tu aūt cū oꝛauerꝫ intra cubi
culū tuū ⁊ clauſo oſtio oꝛa patrē ⁊c̄. In-
greſſus cubiculi eſt coꝛdis ad ſe reuocatio:
Clauſio aūt oſtij eſt eiuſdē coꝛdis retētio
Tertia eſt meditatio humiliatiua: ꝯſi
derādo vicz noſtrā vilitatē ex vna parte:
et diuine maieſtatꝫ excellentiā ex alia: vt
ſic timeamꝰ loq̄ cū deo: ſicut faciebat A-
braā Geneſ. xviij. di. Loquar ad dominū
meū cū ſim puluis ⁊ cinis. Etſi p̄ talē ꝯſi
derationez ſ̄aciter hūiliemur: audiet do
minus oꝛatiōes n̄ras: qm̄ ſicut dī Iacob.
iiij. Hūilibus dat grām. Exemplū. ij.
Paral. xxxiij. de oꝛōne Manaſſes. Dan.
ix. de oꝛōe Daniel. Matth. viij. de oꝛōne
Centuriōis. Luce. xviij. de oꝛōne publica
ni. Iō ſicut dī beatus Petrꝰ. j. Pe. v. Hu
miliamini ſub potēti manu dei ⁊c̄.

Tertius arti. Audiſtis ⁊c̄. Attēdite
itaqꝫ qm̄ oratio reuerēter debet fieri
ſic habet̄. ff. de in ius vocando. l. j. vicz
Sicut bonis. Liberti magnā reuerentiaz
tenent̄ ſuis manumiſſoꝛibꝫ in oībus exhi-
bere. ar. xij q. ij. Eps qui mancipiū. §. Li-
bertus. Pone caſum de eo q̄ vult aliquid
petere a dn̄o terreno vel iudice a quo fuit
manumiſſus vl̄ a q̄ iaz m̄lta alia bona ac-
cepit cū q̄nta reuerētia petere debet. Ex-
pone ⁊ nota ꝙ ſumꝰ oēs liberti. i. liberta-
ti reſtituti. Et q̄cquid habemꝰ a deo acce
pimus qui ſumus dn̄s eſt. Iōo cū oī reue-
rētia a nobis ē oꝛādꝰ. q̄ſi dicētibꝫ illō Da-
niel. ix. Nō in iuſtificatiōibꝫ n̄ris ſꝫ in mi-
ſeratiōibꝫ tuis multis ꝓſternimꝰ p̄ces an̄
faciem tuam.

Sermo ſeptimus.

Petite et da
bitur ⁊c̄. Ipſe pater amat
vos q2 vos me amaſtis ⁊
credidiſtis q2 a p̄re exiui Io. xvj. Ibi tā-
gunt̄ fides: ſpes ⁊ charitas q̄ ſunt neceſſa-
rie vt bene petamꝰ. Propter p̄mā dī: Q2
credidiſtis. Ecc̄i. j. Beneplacitū eſt dn̄o
fides. Propter ſcd̄am: q2 a deo exiui. Qui
eīm credit eū a deo exiiſſe ſperat in eo. p̄s.
Sperꝫ in dn̄o ⁊ ipe faciet. Propter tertiā
Ipſe pater amat vos q2 vos me amaſtis
Ubi Lyra. q2: nō dī rōem cauſalē ſꝫ noti
ficatiuā a poſteriori. q. d. Certi eſſe debetꝫ
ꝙ pater amat vos q2 vos me amaſtis. Io
an. xiiij. Qui diligit me diliget̄ a p̄re meo.
Petite ⁊c̄.

Primꝰ ar. An p̄deſtinatio iuuari poſ
ſit p̄cibꝫ ſctōꝝ: Q, nō. Nullū eternū
ꝓcedit a tp̄ali. Cōtra. Aug. in de p̄deſti-
natiōe ſctōꝝ dī: ꝙ oꝛare debemꝰ ꝓ p̄deſti
natis q2 foꝛtaſſis ſic p̄deſtinati ſunt vt no
ſtris oꝛōnibꝫ ſaluent̄. Itē Geneſ. xxv. Iſa
ac rogauit deū ⁊ dedit ꝯceptū rebecce ex
qua natꝰ eſt iacob q̄ fuit p̄deſtinatꝰ. Rn̄-
det Tho. j. par. q. xxiij. ꝙ in p̄deſtinatiōe
duo ſunt ꝯſiderāda. ſ. ipa p̄oꝛdinatio diui
na ⁊ eiꝰ effectꝰ. Quātū ad p̄mū: nullo mō
iuuat̄ p̄deſtinatio ſctōꝝ p̄cibꝫ. ſed bn̄ q̄ntū
ad ſcd̄m. Prouidētia ei cuiꝰ p̄deſtinatio
eſt pars nō ſubtrahit cauſas ſcd̄as. Sic
ē ſic ꝓuident̄ nat̄ales effectꝰ vt etiā ad il-
los oꝛdinēt̄ cauſe nat̄ales ſine q̄bꝫ illi effe
ctus nō ꝓuenirēt. Ita p̄deſtinat̄ a deo ſalꝰ
alicuiꝰ vt etiā ſub oꝛdine p̄deſtinationis
cadat q̄cq̄d hoīez ꝓmouet i ſalutē: vt oꝛō
nes ⁊ hmōi: ſine q̄bꝫ aliq̄s ſalutē nō ꝯſeq̄-
retur. Un̄ p̄deſtinatos hoꝛtandū eſt bn̄
op̄ari ⁊ oꝛare: q2 p̄ hmōi effectꝰ p̄deſtina-
tiōis implet̄. Hoc Tho. Pro fundamē.
Multū ⁊ ſepe ꝯſiderādū ē nobis ꝙ̄ incer
ti ſumꝰ de ſtatu n̄ro futuro. Uirgiliꝰ. x.
eneid. Neſcia mēs hoīm fati ſoꝛtiſqꝫ fut̄e.
Et ſm̄ Ariſt. j. p̄i herm̄. In futurꝫ ꝯtingē
tibus nō eſt determinata v̄itas. Actꝰ autē
hūani ⁊ finalis ſalꝰ aut dānatio ſūt de nu
mero futuroꝝ ꝯtingentiū. Sed q̄rit̄ An
p̄deſtinatio hoīs ad ſalutē iuuari ⁊c̄. Dic
rn̄. vtſ. Ex q̄ ꝯclude ꝙ q̄ꝺdiu viuimꝰ ꝓ vi
ribus m̄ltiplicare debemꝰ oꝛōnes ⁊ bona
op̄a: ⁊ hoc faciēdo nos certioꝛes reddemꝰ

de p̄deſtinatiōe noſtra. Jdō Petrꝰ hor-
tatur.ij. Pe.j. Satagite vt per bona opa
vr̄a certā veſtrā vocationē ⁊ electionē fa-
ciatis. Poteſt ꝙppe ꝗlibet noſtrꝝ dicere il-
lud Joā.x. Opa q̄ ego facio ipa teſtimo-
niū ꝑhibent de me. Sepius ꝗ orare debe
mus deū ⁊ ſctōs ꝓ noſtra ſalute. Jn cuiꝰ
myſteriū ipe chr̄s ꝗuis oino certꝰ de ſua
reſurrectiōe: legit̄ tamē ꝓ ea oraſſe patrē.
Joā.xij. Et abſq̄ʒ dubio tā noſtris ꝙ̄ ſan
ctoꝝ p̄cibus ꝓ nobis apud deuʒ iuuabit̄
noſtre p̄deſtinatiōis effectus. ¶Figura
Precibꝰ Moyſi in monte exn̄tis victoriā
ꝯtra amalech obtinuit ꝑplus introducen
dus in terrā ꝓmiſſiōis. Expone Moyſe
in mōte eſt ꝗlibet ſctūs ex aquis huiꝰ mū
di aſſumptꝰ ⁊ collocatꝰ in monte celeſti:
cuius p̄cibꝫ iuuātur fideles in paradiſum
introducendi. Sed cauete ne indurati in
pctis p̄ſumatis ſctōꝝ orōnes vobis ꝓdeſ
ſe. ¶Figura.j. Reg.xv. Samuel licʒ ſan-
ctus tota nocte clamās ad dn̄m nō eſt ex-
auditus ꝓ Saul obſtinato in ſua ſup̄bia
q̄n ablatū ſit regnuʒ a ſua poſteritate. Jn
q̄ figurat̄ ꝙ fruſtra ſcti ꝓ vobis orabunt ſi
ꝑſeuereti in pctis veſtris. Si ꝗ vultis ve
ſtras ⁊ ſctōꝝ orōes vobis prodeſſe: audi-
te illō Eſa.j. Quieſcite ꝑuerſe agere: ⁊ di-
ſcite benefacere

SEcūdus artic̄. Jn p̄cedēti ⁊c̄. Nunc
dōm ō tertia q̄ eſt ꝯſideratio ꝑfecti
ue ꝯdicionis q̄ triplex eſt.

¶Prima eſt ſinceritas diſcretiōis.
¶Scda eſt ſedulitas attentiōis.
¶Tertia eſt ſuauitas deguſtatiōis.

Prima igit̄ ꝯdicio ꝑtinens ad ꝑfectionez
oratiōis d̄r ſinceritas diſcretiōis q̄ debet
eſſe triplex.

¶Prima reſpectu ꝯtinuatiōis.
¶Scda reſpectu intentiōis.
¶Tertia reſpectu petitiōis.

Prima reſpectu ꝯtinuatiōis. De hac dic̄
Tho.ij.ij. allegās Auguſtinū ad ꝓbam.
Verbis rogamꝰ vt internū deſideriū a-
crius excitemꝰ. Uniuſcuiuſq̄ʒ aūt rei q̄nti
tas debet eſſe ꝓportionata fini: ſicut q̄nti-
tas potionis ſanitati. Jdō ꝯueniens eſt
vt oratio vocalis tantū duret ⁊ nō plus
q̄ntum vtilis eſt ad excitandū interni de-
ſiderij feruorē. Jpm autē deſideriū debet
eſſe ꝯtinuū actu vel ꝟtute. Manet em̄ vir
tus eius in omnibus que ex charitate fi-
unt. Unde Auguſtinus ad probam. Jn
ipa fide: ſpe et charitate continuato de-
ſiderio ſemꝑ oramꝰ. Et hoc modo intelli
gendū eſt quod dicit̄ Lu.xviij. Oportʒ ſe
orare ⁊ nunq̄ʒ deficere: Unō ⁊ ſup illud
qō dicit̄ Mat.vj. Orātes nolite multū lo
qui: dicit Augꝰ. ad probā Nō eſt hoc o-
rare in multiloq̄o ſi diutiꝰ oretur. Aliꝰ eſt
em̄ ſermo multus: alius diuturnꝰ. Nam ⁊
de ipō dn̄o ſcriptū eſt ꝙ ꝑnoctauerit oran
do: et ꝙ ꝓlixius orauerit: vt daret nobis
exemplū. Et poſtea ſubdit: Abſit ab oratio-
ne multa locutio: ſed nō deſit multa p̄ca-
tio ſi feruens ꝑſeuerat intentio. Nā mul-
tum loqui in orādo eſt rem neceſſariā ſu-
ꝑfluis agere verbis. Plerūq̄ʒ em̄ hoc ne-
gociū plus gemitibꝫ ꝙ̄ ſermonibꝫ agitur
¶Scda diſcretio eſt reſpectu intentiōis
vt.ſ. feratur intētio petētis ad gl'iam dei.
Matth.vj. Cuʒ oratis nolite fieri ſicut
hypocrite triſtes q̄ volunt in angulis pla
tearū ſtantes orare. Nec tamē (vt ait Au
guſtinꝰ lib. de ſermone dn̄i in mōte) vide-
ri ab homibꝫ nefas eſt: ſed ideo hoc age-
re vt ab homibꝫ videaris. Jn huiꝰ rei ex-
emplū chr̄s dimiſſa turba aſcendit in mō
tem ſolus orare. Matth.xiiij. ¶Legimꝰ
ꝙ quidā diſcipulꝰ beati Bernardi q̄ſiuit
ab eo: q̄re dicit̄: Clauſo oſtio ora patrē: cū
ſcriptū ſit: Luceāt opa vr̄a bona corā ho-
minibꝫ ⁊c̄. Rn̄dit ſanctꝰ: Qui habet par-
uum lumē religiōis et modicū ignē chari-
tatis: ad modū candele eſt occultāduʒ a
vento: q̄r a modico vento cito extinguit̄. Q̄
autē habet maximā charitatis fornacem
bn̄ accenſam ſiue ſuccenſam cū exponit̄ vē
to / magis ſuccendit̄: nec extinguit̄ auſtro
ꝓſperitatis vel adulatiōis: vel vane lau-
dis: nec aquilone aduerſitatꝫ. ¶Tertia
eſt diſcretio reſpectu petitiōis: vicʒ diſcer
nēdo quid ⁊ quomō petendū eſt. Nam d̄r
Jacob.iiij. Petitis et non accipitis: eo ꝙ
male petitis. Et Aug. ꝑs.lxxxv. Licʒ ex-
auditus ſit diabolꝰ petens Job tentan-
dum. nō tamē exauditus eſt Ap̄ls petēs
ſtimulū carnis remouēdū. Exaudiuit eū
quē diſpoſuerat dānare: et nō exaudiuit
eū quē volebat ſaluare. Nam eger multa
petit a medico que medicꝰ nō dat. Nō ex-
audit ad voluntatē: vt exaudiat ad ſalutē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notandū ꝙ quedā ſunt ſimpliciť ꝛ ab/
ſolute petenda.ſ. que ſunt ad ſalutē neceſ/
ſaria. Jdeo dicit dñs: Petite ꝛ accipietiꝫ:
vt gaudiū veſtꝝ plenū ſit. Jn hmōi ſemꝑ
exaudiť homo quādo petit pie.i. pia affe/
ctiōe ꝛ pia intentiōe ſine fictione: vicꝫ cuꝫ
ꝓpoſito bene viuendi: ꝛ pſeuerant: ꝛ ꝑ ſe.
Aug⁹. vbi ſ. Cū illa que de⁹ laudat ꝛ ꝓ/
mittit ab illo petitis ſecuri petite: illa em̄
ꝓpitio deo ꝯcedunť. Alia ſunt q̄ nullo mō
ſunt petenda q̄ vicꝫ ꝯtra charitatē dei ſūt
aūt ꝓximi. Talis em̄ precatio eſt multuꝫ
deteſtabilis. Sicut cū q̇s petit ruinā ini/
micoꝝ. De q̄ Aug⁹. ſuꝑ Ps. Cum inuo/
cas deū vt puniat inimicū tuū: ꝛ de alie/
no malo vis gaudere: participē facis deū
malicie tue/ ꝛ inuocas eū nō laudās ſꝫ re/
ꝓhendēs. Unde hoc inq̇t feciſti ꝛ tacui:
exiſtimaſti iniq̄/ quia ero tui ſimilis. Alia
aūt petenda ſunt ſub ꝯdicione tm̄.ſ. ſi ſa/
luti noſtre expediant ꝛ eo modo q̄ expedi
unt.ſ. tpalia. Jn hmōi em̄ ſicut dicit apl's
Roma. viij. Quid orem⁹ ſicut oportꝫ ne/
ſcimus. Aug⁹. Pſal. lxxxv. Quādo petitꝫ
tpalia cū modo petite ꝛ cū timore illi cō/
mittite vt ſi proſint/ det/ ſi ſcit obeſſe non
det. Quid em̄ ꝓſit vl' obſit nouit medic⁹:
nō egrotus. Jdē in ſolilo. orōne ꝑmiſſa ꝓ
ſpūalibus et eternis dicit: Cetez ꝺ ſalu/
te corꝑis quid mihi ſit vtile neſcio: tibi do
mine illō cōmitto. Hoc tm̄ oro clementiā
tuā vt me penit⁹ ꝯuertas ad te: nihilqꝫ mi
hi repugnare facias tendēti ad te. ¶ Exē
plum de btā Petronella beati Petri filia:
quā grauiter infirmatā noluit btūs Pe/
trus curare ꝙuis alios multos curaret:
qꝛ vicꝫ ſibi nō expediebat. Uide legendā
Qui aūt ſic orat ꝓ tpalibus ſub ꝯdicione:
ꝛſi nō ſꝑ accipit qꝺ petit: nō eſt tamē oro
ſin merito ſi ſit in ſtatu merēdi: qm̄ ſic orā
do/ deū honorat qui qñqꝫ tpalia denegat
petentibꝫ: qꝛ videt ea ſue ſaluti ꝯtraria.
Aliquādo etiā differt exaudire vt ꝯgruo
det tpe: vt dicit Aug⁹. ſuꝑ Joā. Et Gre/
gori⁹ dicit: Diſſimulat deus exaudire do
lentiū vocem vt augeat voluntatē: vt pur
getur vita ꝑ penā: ꝛ quieta tranquillitas
que hic inueniri nō pōt/ alibi q̄ratur.

Terti⁹ artic's. Audiſtis ꝛc. Cauete
ne magis tēporalia ꝙ ſpūalia deſide
retis ꝛ petatiꝫ: quia veniet hora quādo ve
litis nolitis tēporalia habita reſtituetis:
id eſt mūdo relinq̄tis. Audite regulā iu/
ris: Dolo facit q̄ petit qꝺ reſtituere oportꝫ
eunde. ff. de regu. iur. l. Jn ꝯdemnatiōe.
Pone caſuꝫ in vſurario qui petit vſuras
a debitore: ipſas em̄ reſtituere cogeť. xiiij.
q. iiij. Nullus. Applica notādo ꝙ qui vitā
eternā a deo petūt et cū hoc tpalia abſo/
lute: plus petūt ꝙ debeant. Unde q̇cūqꝫ
p̄ſentis ſeculi dulcedinē haurire cupiunt:
ad ſuā perniciē petūt: quia poſtqꝫ de his
biberint: bibent de vino ire dei: De quo
Deute. xxxij. Fel draconū vinū eoꝝ.

¶ Sermo octauus.

# Petite et da

bitur vob ꝛc. Exiui a pa/
tre ꝛ veni in mundū: iterꝫ
relinquo mundū ꝛ vado ad patrē. Joan.
xvj. Jnſtruit nos in iſtis vltimis verbis
ch'rus de triplici myſterio qꝺ dat nobis
fiduciā petendi

¶ Primū eſt myſteriū diuine ꝓceſſiōis ſi
ue generatōis: cū dicit: Exiui a patre. Au
guſti. Exiuit a patre quia de patre eſt.

¶ Scōm eſt myſteriū humane redēptio/
nis: cum dicit: Et veni in mūdum. Aug.
Jn mūdū venit: qꝛ in mōo corp⁹ ſuū oñt.

¶ Tertiū eſt myſteriū eterne glorificatio
nis: cum dicit: Jterꝝ relinq̊ mundū ꝛ va/
do ad patrē: et Aug⁹. Mūdum relinq̇t
corporali diſceſſione: ꝓrexit ad patrē ho/
minis aſcenſione. nec mundū deſeruit pre
ſentie gubernatione. ¶ Petite ꝛc.

Primus arti. An ꝓ alijs ſit orandū:
Q, nō. Si ſint mali ꝓhibemur ora/
re: ſm illud Hiere. vij. Tu ꝰ noli orare ꝓ
ꝓplo hoc: ꝛ nō obſiſtas mihi. Pro bonis
autē nō oportꝫ orare: quia ipi ꝓ ſeipis ex/
audiunť. Cōtra Jacob. v. Orate ꝓ inui/
cē ꝛc. ¶ Rñdet Tho. ij. ij q. lxxxiij. Deſide
rare debem⁹ bona nō ſolū nobis: ſꝫetiam
alijs: Hoc em̄ ꝑtinet ad rōem charitatis
fratne. Jō hoc charitas req̇rit vt ꝓ alijs
orem⁹. Hoc Tho. ¶ Pro funda. Hoc req̇
rit rō amicicie vt bona inuicē velim⁹. Nā
ſm phm. viij. eth. Amicicia ꝺꝛ beniuolē/
tia mutua nō latēs: Amiciciā āt ad alios
hrē de⁹. Qui. ꝺ pōt. Sꝫ ꝑſtād⁹ amor re/

nõ oneroſa volẽti. Cũ ergo querit̃. An p
alijs. ꝛc. Dicẽdũ. vt̃s Ex qua conclude ꝙ
orandũ eſt ꝛ p iuſtis ꝛ p iniuſtis q̃m ad
vtroſq; eſt habẽda charitas; p iuſtis qui-
de: qꝛ multoꝝ p̃ces facilꝰ exaudiunt̃. Vñ
ſup illud Rhom. xv. Adiuuetꝭ me oratiõi
bus vr̃is. d. Glo. Rogat apl̃s apud mino
res pro ſe orare. Multi em̃ minimi dũ con-
gregant̃ vnanimes fiũt magni. Orandũ ẽ
itaq; pro iuſtis vt pſeuerẽt ꝛ pficiãt: pro
pctõribus aũt vt ↄuertãtur: nõ tamẽ pro
omnibꝰ pctõribus exaudiũtur orãtes: ſed
p quibuſdã. ſcꝫ p p̃deſtinatis: nõ autẽ p
preſcitis ad mortẽ: ſicut ꝛ correctio effe-
ctũ habet in p̃deſtinatis nõ autẽ in repro
batis. ſm̃ illud Eccs. vij. Cõſidera ope-
ra dei q̃m nemo põt corrigere: quẽ ille de
ſpexerit Audite vos incorrigibiles: rapto
rẽs: adulteri: iuidi: piuri ꝛc. Deponite ꝙ
peccata: ſi vultis vos oſtendere eſſe de nu
mero electoꝝ. Nec credatis ſctõꝝ ꝛ iuſto
rũ orõnes ad ſalutẽ vobis prodeſſe poſſe
niſi pctã abieceritis p pniam. ❡ Figura.
iij. Regũ. xviij. Helias nõ orauit p pluuiã
dãnda pplo: niſi poſt ꝙ ppl̃s apprehendit
ꝓphetas baal ꝛ interfecti ſũt: ſic ꝙ nec vnꝰ
quidẽ remanſit: nec priꝰ impetrauit ꝙ re-
ſpexiſſet puer ſuus ſepties contra mare.
Expone. nõ valẽt pctõribꝰ oratiões iuſto
rũ p impetranda pluuia diuine grẽ niſi
oĩa pctã mortificent: ꝛ ſepties pſpiciant
ↄtra mare. i. vniuerſalit̃ cõtra oĩe pctm̃
qđ debet eſſe amaritudinis cã. Juxta il-
lud Hiere. ij. Scito ꝛ vide: qꝛ malum ꝛ
amaꝝ eſt reliquiſſe te dñm deũ ꝛ non eſſe
timorẽ eius apud te.

S Ecũdus ar. Jn p̃cedẽ. ꝛc. Hic de ſe
cũda que eſt ſedulitas attẽtiõis. At-
tendat aĩa ꝙ reuerẽter loqui debet ꝛ at-
tente cũ ſũmo p̃ncipe: ꝙ timorate cũ ſum
mo iudice. Augꝰ. ſup tertiũ. p̃s. Ecce q̃d
iniurie facis quotidie deo qui ſi iudicẽ in-
terpellas: ꝛ ſubito cũ ad eũ loqueris di-
mittas: ꝛ cũ alio fabulari incipias quomõ
te tolerabit: Et tamẽ tolerat deus corda
peccantiũ diuerſas res cogitantiũ. Nam
vt omittã dicere noxias atq; ꝑuerſas et
deo inimicas: ipas ſupfluas cogitatiões
cogitare iniuria eſt eius cũ quo loqui ince
peras. Oratio aũt tua locutio eſt ad deũ.
Quãdo legis deꝰ tecũ loq̃t̃: q̃n vero oras
cũ deo loqueris: Sꝫ qꝛ difficile videtur
mẽtẽ orãtis nõ euagari. Jdcirco tria ſũt
notãda pro maiori intelligẽtia ſm̃ Tho-
mã ꝛ alexand.

❡ Primũ reſpicit prime intentionis dili
gentiam.

❡ Scõm orationis efficaciã.

❡ Tertiũ attẽtiõis intelligẽtiã.

Primũ igit̃ ꝛc. vicꝫ ꝙ ſi aſſit intentio debi
ta ꝛ actualis in principio oratiõis: licꝫ po
ſtea nõ ſemp comitetur. tñ orõ eſt merito
ria ꝛ impetratiua p virtutẽ prime inten-
tiõis niſi interrũpat̃ p intentionẽ ↄtrariã
ſupuenientẽ quẽadmodũ dicere de pegri
natiõe ꝛ alijs bonis opibꝫ que fiũt in tra-
ctu tpis. Si autẽ prima intẽtio deſit: orõ
neq; meritoria eſt neq; impetratiua Jlliꝰ
em̃ orationẽ deus nõ audit cui ille q̃ orat
nõ intẽdit: ſicut dicit Grego. Et ſicut idem
dicit. Quãto grauiori tumultu carnaliũ
cogitationũ premimur: tãto oratõi ardẽ-
tius inſiſtere debemus. Nõ em̃ poſſumus
vanis cogitatiõibꝫ prorſus carere: nec tñ
ꝓpterea debemꝰ in orõne torpere. Nam
teſte ipo Grego. Cogitatio imunda non
inquinat cũ pulſat: ſed cũ ſibi mẽtem p de
lectationẽ ſubiugat. Et Baſilꝰ dic. Si
debilitatus a pctõ orare neq̃s fixe q̃ntum
potes teipm̃ cohibeas ꝛ deꝰ ignoſcit eo ꝙ
nõ ex negligentia: ſed infirmitate nõ po-
tes vt oportet aſſiſtere corã deo Licꝫ aũt
actual̃r attẽtio nõ ſit oratõi neceſſaria ad
merendũ ꝛ impetrandũ: tñ ſi affuerit: mul
tũ valet. p̃s. Delectare in dño. ſcꝫ atten-
dendo ad finẽ oratõis qui deꝰ eſt ꝛ ad rẽ
p qua oratur ꝛ dabit tibi petitões cordis
tui. ❡ Scõm notabile ptinet ad oratiõis
efficaciã: videlꝫ ꝙ oratõis triplex eſt effe
ctus vel efficacia. ❡ Prima efficacia eſt
meritoria ꝛ iſte eſt effectꝰ cõis oĩbꝫ bonis
actibꝫ charitate iformatꝭ ꝛ ad hũc nõ req̃
rit̃ attẽtio p totũ: ſꝫ vis p̃me intẽtiõis red
dit totã orationẽ meritoriã: vt dictũ eſt.
❡ Scõa eſt efficacia impetratoria q̃ pro
pria ẽ orõni ꝛ ad hãc etiã ſufficit p̃ma intẽ
tio quã deꝰ p̃ncipalit̃ itẽdit. Alia eſt effi-
cacia ſpũal̃r refectoria in q̃ntũ: ſcꝫ orans
delectat̃ ſpũal̃r in dño: ꝛ ad hãc neceſſa-
ria ẽ attẽtio. j. Coꝛ. xiiij. Si orẽ lingua:
ſcꝫ tantũ: mẽs mea ſine fructu ẽ. Si tñ ali
q̃s bona intẽtiõe orãs h̃ guſtu nõ gaude-

ret nō ꝓpterea orationē q̄ſi infructuoſaȝ re
linq̄re dȝ: q̄m rari ſūt q̄ orādo mētē poſſint
ſuꝑ hr̄e attentā. Tertiū notabile reſpicit
attētiōis intelligentiā: viȝ ꝙ triplex attē
tio pōt ozoni vocali adhiberi. Una adver
ba ne in eis erret. Alia ad ſenſum ꝟborū
Alia ad finē ozonis. ſ. ad deū ⁊ ad rē ꝓ q̄
oratur: et hec ē maxie neceſſaria quā hr̄e pn̄t
etiā idiote. Si aūt aliq̄s ad orationē acce
dit ea intētiōe vt honoret deū ſecꝫ illi ſub
ijciat ⁊ ꝯmēdet. ſi dolēs: mētis euagatio-
nē patit: nō ꝑdit ozōnis fructū. Notandū
tn̄ ꝙ feruoꝛ deſiderij ⁊ affectiōis multuȝ
facit ad ꝑſeuerantiā actualis attentiōis
Exemplum in vi. pa. Dicit q̄dam ſe-
nex. Sic muſce nō audent reſidere ſuꝑ ol
lam feruidā ⁊ bullientē: ſic nec demones
vanas cogitatōes ingerentes ſuꝑ mētē in
ozone feruentē donec tepeſcat. Un̄ Ber.
Periculū ē ſi ſit oratio tepida. Nā in aſcē
ſu langueſcit ⁊ deficit.

Tertiꝰ art. Aud. Conſiderate itaqꝫ
cui in orando ꝟbū dirigit̄ ⁊ q̄nta ſit
neceſſitas petitiōis. Jura dicunt. Quali-
tas negocij ꝯſiderāda eſt. De appel. Cū
ſit romana. Et de iureiur. c. vlt. in fine. Et
ff. de iudicijs. Nōnūqꝫ. Et. C. Un̄ vi. l.
Si qn̄ Pone caſum. Mulier aliq̄ verecū
da multū ⁊ ſimplex vnicū hȝ filiū valde
dilectū q̄ ꝓpt̄ offenſam aliquā captꝰ eſt a
rege vt moꝛte puniat̄: nōne illa licȝ vere-
cūda ſolut̄ crinib ⁊ nudato pectoꝛe voci
ferādo clamaret ⁊ ad rogādū regē curre-
ret ꝓ filij liberatōe. Amoꝛ eñ filij ad hoc
eā cōpelleret. Sic etiā bn̄ ſciret ⁊ vellet
orare q̄ aīe ſue ꝑicula ꝟaciter cognoſceret
Nā vt dr̄ Matth. xvj. Quid ꝓdeſt homi
ni ſi vniuerſū mūdū lucret̄ ⁊c.

Sermo nonꝰ.

## Petite et da.

⁊c. Ecce nūc palā loq̄r̄ ⁊ ꝓ
uerbiū nullū dic̄. Nūc ſcimꝰ
q̄r ſcis oīa ⁊ nō ē opꝰ tibi vt q̄s te interro
get. In h̄ credimꝰ q̄r a deo exiſti. Jo. xvj
Ibi tria tāgūt̄ q̄ꝝ ꝯſideratio inducere dȝ
ad fiducialit̄ petēdū. Primū ē diſcipuloꝝ
manifeſta infoꝛmatio. cū dicūt. Ecce nūc
palā loq̄ris ⁊ ꝓuer. nul. dic̄. Scdm̄ infoꝛ
matiōis ꝯfirmatio. cū dicūt. Nūc ſcimꝰ:
q̄r ſcis oīa ⁊c. Tertiū ē ꝯfirmatōis ꝯclu-
ſio. cū dicūt. In h̄. i. iō credimꝰ: q̄r a deo
exiſti. De his Chryſo. Qr diſcipl'os hoc
maxie reſpicere fec̄ ꝙ erāt pr̄is amici: pro
pterea dicūt ſe cognoſcere ꝙ oīa noſſȝ. Et
q̄m ad id q̄d in eoꝝ mēte erat: rn̄dit. ſub-
dūt. Nūc ſcimꝰ q̄r ſcis oīa ⁊ nō eſt opꝰ vt
q̄s te introget. h̄ ē: Anteq̄ꝫ audias noſti ea
q̄ ſcādalizāt nos ⁊ quieſcere nos feciſti di
cēs. Qr ipe pr̄ amat vos. Juxta illd̄ Jo.
xiiij. Si q̄s diligit me ſmones meos ſer
uabit ⁊ pater meus diliget eū.

Petite ⁊c.

Primꝰ ar. An ꝓ inimic̄ ſit orādū. Qr
n̄ hoies licite. ipugnāt iimicos: alio
qn̄ oīa bella ēēnt illicita. Cōtra. Matt. v
Orate ꝓ ꝑſeq̄ntib ⁊ calūniātib vos. Rn̄
Thomas. ij. ij. q. lxxxiij. Orare ꝓ alio cha
ritat̄ ē. Ex charitate aūt tenemur inimi-
cos diligere q̄ ad naturā nō q̄ ad culpam
Et in gn̄ali eos diligere eſt in ꝑcepto. In
ſpeciali aūt nō niſi ſm̄ ꝑparationē animi.
In illo tn̄ caſu ꝑfectiōis ē eos iuuare. Ne
ceſſitat̄ ē q̄ vt a cōib nr̄is ozonib q̄s pro
alijs facimꝰ inimicos nō excludamꝰ: ꝙ
aūt ſpēalr̄ ꝓ eis oremꝰ: ꝑfectiōis ē nō ne-
ceſſitat̄ niſi in aliq̄ caſu ſpeciali. Cū autē
dr̄ ꝙ licitū ē inimicos impugnare: veꝝ ē
vt cōpeſcant̄ a pctīs q̄d cedit in bonū eo-
rū ⁊ alioꝝ. Et ſic etiā licȝ orādo petere ali
q̄ tp̄alia mala inimicoꝝ vt corrigāt̄. Hec
Thom. Pro ſūd. Nullos debemꝰ hr̄e
inimicos cū dicat Boeciꝰ libro de ꝯſola-
tiōe Omne hoim genꝰ in terris ſimili ſur
git ab oꝛtu. Et tulliꝰ dicit libro de amici-
cia. Oib reb hūanis anteponēda ē ami
cicia. Sȝ dato ꝙ inimicos habeamꝰ. An
ꝓ eis ſit orādū. Dic rn̄. vt. ſ. Pꝰ reſpōſio
nē aūt dicas ꝙ impcatiōes q̄ in ſacra po-
nūt̄ ſcriptura pn̄t q̄druplicit̄ itelligi. Uno
mō ſecūdū ꝙ ꝓphete ſolēt in figura iprecā
tis futura predicere. vt Augꝰ. dr̄ libro de
ſer. dn̄i i mōte. Scd̄o mō ꝑut q̄dā tp̄alia
mala pctōribꝰ quādoqꝫ a dō i correctionē
mittunt̄. Tertio mō: q̄r intelligūt̄ petere
nō ꝯ ipos hoies: ſȝ ꝯtra regnū pcti: vt ſcȝ
correctiōe hoim peccata deſtruāt̄. Quar-
to ꝯfoꝛmādo volūtatē ſuā diuine iuſticie
circa dānationē ꝑſeuerātiū in pctō. vn̄ le-
tantur iuſti de vindicta maloꝛū: nō ꝓpter

illam vindictā: ſed ꝓpter diuinā iuſticiā.
Audite o peccatores adulteri periuri ⁊c.
Niſi penitentiā egeritis oēs tandē electi
gaudebūt de dānatiōe veſtra. Et tūc iā
nō erit tp̄s vt pro vobis orent. Nā vt di.
Grego. Miſcdie tp̄s mō eſt. ſ; iuſticie tē-
pus poſt erit. Ut ergo nūc miſcdiam in-
ueniam⁹ cū tp̄s miſcdie durat ⁊ nos mi-
ſericordes ſim⁹ orando pro alijs ne dum
pro amicis ſed ⁊ pro inimicis: quoniā ⁊ in
hoc maximū conſiſtit meritū. ¶ Figura.
Geneſ. ij. Terrā euilath: phiſon fluuius
de paradiſo egrediens irrigat ⁊ producit
aurū optimū. Spiritualiť euilath interp̄
tať dolens ⁊ ſignificat animā de malo ini-
micoꝝ dolentē in qua naſciť optima cha-
ritas: ſ; hoc procedit de dono diuine gra-
tie illam irrigante: quia om̄e datū opti-
mū ⁊ oē donū ꝑfectū deſurſū ē ⁊c. Jaco. j.
Secūdus articul⁹. Jn p̄cedenti. ⁊c.
Hic de tertia q̄ eſt ſuauitas deguſta-
tionis ſiue iubilationis q̄ requirit actualē
attentionē: vt dictū eſt in p̄cedenti ſermo-
ne. De hac ſuper illud pſ̄. Aſcendit deus
in iubilo. Dicit gloſa. Jubilus eſt exulta-
tio mentis habita de eternis in vocem ꝓ-
rumpens: ſc; vel queruloſe ꝯqueſtiōis vl̄
admiratiōis: vel gratiarū actiōis ⁊ huiuſ-
modi que nec corde poteſt retineri vl̄ ore
exprimi. Sic iubilabat qui dicebat. Sap̄.
xij. O ꝙ̄ bonus ⁊ ꝙ̄ ſuauis eſt dn̄e ſpiri-
tus tu⁹ in nobis. Bernard⁹. Proceda-
mus et excedamus ꝑ inuſitatas quaſdā
affectiones ⁊ ſpūales leticias in iubileis
amenitatib⁹: in lumīe dei: in ſuauitate: in
ſpūſctō: vt alauda que gradatim aſcēdit
laudando: ⁊ conceptū gaudiū nō inter-
rumpendo ⁊ cōtinuando laudē: cadendo
et deficiendo de iubilatōe. Notabile ē exē-
plū de btā maria de ognies q̄ maxime an̄
mortē ſuam fuit in multiplici iubilatione
Ex vehemēti em̄ amoris inflāmatione ⁊
mētis illūinatiōe: ⁊ ſecretoꝝ aptione Nā
quidam ſeraphin apparuit ei expandens
alas ſuas ſup̄ pectus ſuum: cepit voce cā-
tare: alta: ⁊ iubilare ⁊ gaudere ⁊ grās age-
re: mira dicere de deo ⁊ ſctis ⁊ futuris ⁊
eternis rithmice ꝑ tres dies ꝯtinue can-
tando acſi ea an̄ ſe ſcripta videret. Et in-
ter cetera beatiſſimā virginē iam in cor-
pore glorificatā cōſtantiſſime aſſerebat.

Nec illos q̄ cū dn̄o ſurrexerūt poſtea fuiſ-
ſe incineratos: ſ; cū dn̄o aſcēdiſſe. Jnter
alios ēt d̄ btō ſtephāo quē vocabat roſa-
riū paradiſi cātādo dixit ꝙ ad meritū paſ-
ſionis eius ⁊ orationis dn̄s dedit eccleſie
pauli cōuerſionē vt eo decedente cū mul-
to affectu p̄dicatiōis ſ; nō cū multo effe-
ctu ſuccederet ei vicarius q̄ ꝓ eo cū multi-
plici effectu p̄dicationis ꝯtranſiret. Cir-
ca predicta poſſet q̄s dubitare. An ꝯueni-
enti⁹ ſit orare vocaliter ꝙ̄ corde tm̄: cum
dicat Greg. Ueraciter orare eſt amaros
in cōpunctiōe gemitus nō cōpoſita verba
reſonare. Et Jſid. li. de ſū. bo. Oīo cor-
dis eſt nō labioꝝ. Nō em̄ verba dep̄can-
tis deus attendit ſed orātis cor inſpicit.
Dicēdū ſm̄ alexād. de ales in. iij. volu-
mine ſūme. Et richardū. in. iiij. diſtin. xv.
Et [illegible]bo. ij. ij. ꝙ oīo eſt duplex ſc; cōmunis
h; fieri ꝑ miniſtros ecce i ꝑſona toti⁹ po-
puli. Et hec oīo d; innoteſcere populo
vt excitetur ad deuotionē. Jdō debet voce
exꝓmi. Alia eſt priuata ⁊ ſingularis que
offertur ab homine vt eſt ſingularis per-
ſona: ſiue pro ſe: ſiue ꝓ alio. Et ꝙ̄uis non
ſit neceſſariū talem orationē eſſe vocalē:
tn̄ ei vox adiungitur triplici ratiōe.
¶ Primo ratōe deuotōis excitāde.
¶ Scdo ratōe veneratiōis exhibēde.
¶ Tertio ratōe affectiōis explicāde.
Primo igiť ⁊c. Ex q̄dā em̄ naturali vnio-
ne aīe ad corp⁹ mot⁹ corporis diuerſimo-
de affectiōes aīe excitant ⁊ affectiōes aīe
(maxime ſi ſint fortes) īmutatiōes faciunt
in corpore. Jdō qn̄q; ꝑ ſonū vocū: ꝑ genu-
flexiones: ꝓſtratiōes: ⁊ pectoris tuſiōes:
⁊ ſimilia excitatur interior affect⁹. Si aūt
mēs ꝑ hm̄ōi qualitcūq; diſtrahať vel im-
pediať a talib⁹ ceſſandū eſt. ¶ Scdo ra-
tiōe veneratiōis exhibende ⁊ q̄ſi ad debi-
ti redditionē: vt ſc; hō deo ſeruiat ſm̄ to-
tū illud qd̄ ex deo h;. Dicit em̄ Jo. dam.
in. iiij. li. Oz ex duplici natura compoſiti
ſum⁹: intellectuali ſc; ⁊ ſenſuali: duplicē
honorē debem⁹ deo offerre: ſc; ſpūalem
⁊ corporalē. ¶ Tertio rōe affectionis ex-
plicāde. Nam ex abūdantia cordis os lo-
quiť: vt dř Matt. xij. Qn̄q; em̄ ita feruet
aīa interi⁹ in amore dei aut hūiliatur in
eius timore: aut obligatur in bñficioꝝ ei⁹
recordatiōe ꝙ q̄ſi vim patiēs in ꝟba pro-

rūpere cogiť. Exēplū de btō frācíſco quē
ſeľ audiuit fr leo ſociꝰ eiꝰ ⁊ ꝯfeſſoꝛ ꝑ lōgū
ſpaciū i oratōe eleuatū a ťra clamātē ⁊ dicē
tē. Quis es tu: ⁊ q̄s ſum ego? Et dū hec
verba ſepius replicaret: ſuſpirabat luge-
bat ⁊ totꝰ videbať liq̄factus amore. Ut
aūt poſtea fratri leoni interroganti retu-
lit: ió illa verba ſic ꝓtulit q̄m in ſuo corde
tam ꝓfūda ꝯſabať paruitatꝫ ſue cognitio
⁊ diuine magnitudinis ꝯtemplatio a qua
tā copioſa bñficia ſuſceperat ⁊ ſperabat ꝙ
cū admiratione cōpellebať ſic dicere lau
dando deū. Quis es tu deꝰ meꝰ q̄ teipm
etiā dare mihi ꝓmittis q̄ nullo indiges ⁊
a q̄ eſt omne bonū: Et q̄s ſum ego q̄ nihil
boni habeo nec habere poſſum niſi tu de-
deris: Et multa alia bulliebant in corde
eiꝰ. Similiť dñs bernardꝰ miles ⁊ doctoꝛ
de aſſiſio q̄ ꝑmus fuit quē ſanctꝰ franci-
ſcus traxit ad chꝛm. Cū anteq̄ꝫ munduꝫ
reliquiſſet: inuitaſſet quodā ſero in domo
ſua pauperē frācíſcū cū in ꝑma vigilia no
ctis obſeruaret eū quid faciebat: audiuit
eū in oratiōe poſitū cū ſuſpirijs ⁊ lachry-
mis ſepius replicantē. Deꝰ meꝰ ⁊ oīa. In
quib᷒ ꝟbis vt poſtea declarauit dño ber-
nardo ꝓfūdiſſime ꝯtēplabatur excellen-
tiā diuine maieſtatis ⁊ infinitā bonitatē
ſūm. i. dei. Ecci. xxxvij. ſm ligna ſilue exar-
deſcet ignis. Ligna ſūt diuerſe medita-
ones ex q̄bus ſurgunt diuerſe affectiōes
feruentes.

Tertius articulꝰ. Audi. ⁊c̄. Cauete ne
ꝑ negligentiā veſtrā fructu illo ꝑue-
mini imo irā dei etiā magis q̄ꝫ miſcďiam
in veſtris orationibꝰ inueniatis. Dicit lex
Diſſoluta negligentia prope dolū eſt. ff.
mādati. l. Si fideiuſſoꝛ. Et hiero. dicit d̄
ꝯſe. diſ. v. Nō mediocriter. Nūq̄d ꝟborū
flecti multitudine deꝰ vt hō pōt. Nō em̄
ꝟbis tm̄ ſed corde orādus ē deꝰ. Quaꝓ-
pter melioꝛ ē q̄nq̄ꝫ pſalmoꝝ cātatio cum
cordis puritate ⁊ ſpūali hilaritate: q̄ꝫ pſal
terij modulatio cū anxietate cordis ⁊ tri
ſticia. Audite. Si quis miſcďia regis in-
digeret ⁊ ad curiā accedēs gr̄a ſupplica-
tiōis ſupplicādo regi ꝓ miſcďia dorſum
regi verteret vt interim cū alijs fabulare
tur an talis modꝰ ſupplicādi gratꝰ eſſet
regi: Certe nō. Expone ⁊ applica notādo
illud Bern̄. Debet ꝓficiens in oratiōe q̄n

ta puritate cordis pōt intendere in eū cui
offert oratiōis ſacrificiū ⁊ in oratione of-
ferre ei ſeipſum.

Pro Letanijs. Sermo primus.

# Petite et da.

⁊c̄. Lu. xj. Pater veſter cele
ſtis dabit ſpūm bonū peten
tibꝰ ſe. Ibidē. Tria ibi notantur in deo
ꝯſiderāda q̄ inducere debent ad fiducia-
liter petendum.

Primū ē benignitas amoroſa. cū dicit.
Peter veſter celeſtis.

Scōm liberalitas copioſa: cū dicit. da-
bit ſpūm bonū.

Tertiū equitas gratioſa. cū dicit. petē
tibꝰ ſe. Equū em̄ eſt vt nō niſi petentibꝰ
det. Magna vero gratia eſt dare petenti
bus. De primo Rhom̄. viij. Accepiſtꝫ ſpi
ritū adoptionis filioꝝ in q̄ clamamus ab
ba pater. De ſcďo. Augꝰ. Plus vult ille
dare q̄ꝫ nos accipere. De tertio. Beda.
Ad hoc peti ſe vult vt capaces donorum
eius fiant qui petunt.

Petite. ⁊c̄.

Primus articulꝰ. An a deo ſit aliq̄d
petendū orādo. Q, nō: q2 diuina diſ
poſitio eſt imutabilis: ergo ſiue oremus
ſiue nō. idē eueniet. Cōtra. Lu. xviij. O-
portet ſemꝑ orare ⁊ nō deficere. Rñſio
ſm Tho. ij. ij. q. lxxxiij. Non oramꝰ vt do
nr̄as indigentias manifeſtemꝰ: neq̄ꝫ vt di
uinā diſpoſitionē imutemꝰ: ſꝫ vt nr̄is ꝑci
cib᷒ obtineamꝰ qď deꝰ diſpoſuit ſic nobis
dare: vt Greg. di. in ꝑio lib. dial. Hec ex
Tho. Pro fūď. Si ꝟa eēt opinio aliq̄
rū phoꝝ ponētiū oīa i reb᷒ hūanis ex ne-
ceſſitate ꝯtigere: tūc fruſtra fieret oro ad
deū. Sꝫ ipe ēt ariſtoteles hāc poſitionē
iꝓbat in fine ꝑmi peri her. vbi determi-
nat nō oīa euenire ex neceſſitate: ſꝫ multa
ꝯtingēter. Sicut tn̄ dicit Gal. in alex. Ne
mo temeraria credat fortuitoq̄ꝫ geri mū-
dana negocia caſu Oia lege meāt quā re
rū ꝯditoꝛ ille ſanxit ab eťno Iō q̄rit. An
orādus ſit deꝰ. Dic rn̄. vtꝫ. Poſt rñſio
nē dicas. h̄ vob̄ ſufficere dꝫ q̄m ſic deꝰ oꝛ-
dinauit: cuiꝰ ordinatio ē ifallibilis vt peta
tis: ⁊ ſi bene petitis dabitur vobis. Notā-
ter dicitur bene: quia Iaco. iiij. diciť. Pe-
titꝫ: ⁊ non accipitꝫ: eo ꝙ male petatꝫ. Au-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN